

19577



22500292689



Digitized by the Internet Archive
in 2014

<https://archive.org/details/b20408110>

36 F 3477
F. E. S. 1877

PHARMACOPOEA

SVECICA.

EDITIO SEPTIMA

TERTIUM TYPIS DESCRIPTA.

(ED. VII. 3.)



34759

PHARMACOPOEA

SVECICA.

EDITIO SEPTIMA

TERTIUM TYPIS DESCRIPTA.

(ED. VII. 3.)

STOCKHOLMIÆ, 1879.

F. A. NORSTEDT & FILII

TYPOGR. REG.

9 575 462

MEMO

M15771

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY	
Coll.	WellMOmec
Coll.	
No.	2V740
	.E38
	1879
	P53

PRÆFATIO.

Maximis amplissimisque incrementis per hos proximos annos et rerum naturalium scientia et medendi ars auctæ sunt ac locupletatæ. Tum etiam in eo haud exigua facta est mutatio, quod abhinc annos aliquot in medicamentaria, loco ponderum veterum medicinalium, civilia pondera centenaria adliberi coepta sunt, pro quibus Gallica grammatum pondera jussu REGIS jam substituuntur. Quæ quum ita essent, fieri non potuit, quin nova editio Pharmacopoeæ Svecicæ ad hoc tempus apta et emendata magis magisque desideraretur.

Cui desiderio ut subveniretur, Collegium ex officio sibi imposito viris ad eam ipsam rem electis, Professore P. H. Malmsten, Medicinæ Doctoribus O. T. Sandahl et N. P. Hamberg, Pharmacopolis W. Anderberg et J. J. Braconier hanc curam demandavit, ut, moderatore Præsidente Collegii, novam Pharmacopoeæ editionem componerent. Qui ad munus rite tuendum non solum de medicamentis in hanc editionem recipiendis medicorum Sveciæ societatem ceterosque nostros medicos et pharmacopolas consuluerunt, sed etiam, ex edicto REGIS jam a. MDCCCLXI promulgato, ut quam maxima inter Pharmacopoeas Svecicam, Norvegicam, Danicam intercederet congruentia, cum viris ex Norvegia Daniaque ad eam operam legitime delegatis consilia communicarunt. Sic igitur constituta descriptaque ipsa ratione operis et iis, quæ incerta videbantur, experientia investigatis, hæc septima Pharmacopoeæ Svecicæ editio conscripta est, quæ, postquam REX Nonis

Febr. h. a. eam ratam esse jussit, nunc in lucem editur, ut jam inde a tempore mox definiendo ab omnibus, quorum intersit, legis instar observetur.

Quo accuratius certiusque est doctorum hominum scrutatione et experientia inquisitum atque explicatum, quæ euique medicamini vis insit, eo pauciora medico ad morbos sanandos opus sunt medicamina. Quamobrem, etsi multa et nova medicamenta accesserunt, tamen, quæ in hanc editionem recipienda erant, ea ad numerum multo minorem redigi potuerunt, quam fuerat numerus in proximas editiones receptorum. Attamen, quod non ejecta sunt nonnulla medicamina composita, diuturno usu comprobata, quorum præparandorum formulæ inter magistrales illas, quæ vocantur, referri debent, id non merito reprehendet, quisquis reputaverit, quanta medico in his medicamentis præscribendis inde redundet commoditas, quamque utile sit iis tam multis, qui, nulla reddita medici formula, medicamina emunt, horum æqualitatem justamque rationem accurate præscriptam esse et definitam.

Quoniam, qui antehæc viguit mos, ut medicamenta in duas series dispertirentur, eum jam non retinere idoneum visum est, omnia una eademque serie enumerantur, nominibus literarum ordine dispositis. Eas tamen materias, quæ quotidianæ vitæ consuetudine usitatæ sunt et satis notæ, pro supervacaneo habitum est in ceterarum numero referre. Quæ medicamenta pharmacopœlam emptione sibi comparare aut necesse est aut certe licet, de iis quale quidque, ut probari possit, esse oporteat, breviter est indicatum; de ceteris medicamentis, quæ pharmacopœla ipse fere præparare debet, ut confidere possit, ex Pharmacopœæ præceptis ea esse parata, qua ratione quidque sit præparandum, satis dilucide significatur. Nam fusius copiosiusque enarrare, qualis euiusque medicaminis sit natura quaque ratione

sit probandum, si quidem ea probatio a notis et pervulgatis proficiscitur principiis, non Pharmacopoeæ esse videtur, sed enchiridiorum et commentariorum.

In nominibus medicaminum nulla fere usquam nisi levissima admissa est mutatio, præterquam quod plantarum partibus quibusdam ad veram earum naturam magis apta propriaque, quam iis antea fuerunt, indita sunt vocabula. Accedit tamen etiam, quod composita nonnulla medicamina nomina acceperunt nova aut propter convenientiam, quæ inter nostram Pharmacopoeam et Norvegicam atque Danicam intereedere debebat, aut quod alia præscripta erat eorum compositio eaque talis, ut jam, si hæc medicamenta cum iis, quæ in sexta editione describuntur, per errorem essent commutata, eapitalis is error fieri posset. Tali autem modo definitio partium, ex quibus conficienda sunt medicamenta composita, eo consilio haud raro magis minusve est mutata, ut quam plurima ex novis ponderibus commoda et medici et pharmaeopolæ pereipere possent. In quo tamen diligenter cautum est, ne heroica, quæ vocant, medicamina composita magis, quam antea fuerunt, vehementia fierent. Quoniam autem de his mutationibus consilia eum iis viris semper communicata sunt, quibus cura demandata erat novas Pharmacopoeæ Norvegicæ et Danicæ editiones conficiendi, ea medicamina, quæ nostræ Pharmacopoeæ eum his facta sunt communia, eadem receperunt nomina, eandem sibi vindicant naturam, eandem denique partium efficacium copiam præbent, ut, quæ inter has Pharmaeopoeas desiderata fuit convenientia, ea jam inducta esse videatur.

Adacta est hæc editio et indice reagentium, quæ dicuntur, chemieorum, quæ quum ad medicamina probanda opus sint, in omnibus officinis medicamentariis præsto esse oportet, et tabula, qua denotatur quam magnas, ubi plurimum, portiones medicaminum vehe-

mentissimorum pharmacopolæ ex medici formula dispensare liceat, nisi hic ratione singulariter præscripta majorem dispensari diserte jusserit.

Etiam novis in medicamentaria receptis grammatum ponderibus, quoniam fortasse haud raro fieri potest, ut formulæ medicorum, antiquis ponderibus adhibitis conscriptæ, pharmacopolæ reddantur, nec tamen in medicamentis dispensandis nisi novis ponderibus uti licet, duæ adjectæ sunt tabulæ, ex quibus pharmacopola, antequam talium formularum præscriptis pareat, vel vulgaria pondera vel antiqua medicamentaria ad novorum ponderum rationem revocare debet.

Datum Stockholmiæ a. d. X Kal. Majas a. MDCCCLXIX.

Regium Collegium Sanitatis

N. J. BERLIN.

C. U. SONDÉN.

O. F. HALLIN.

P. O. LILJEWALCH.

A. H. WISTRAND.

MENSURÆ ET PONDERA,

quæ in medicamentis præparandis et ex præscripto medicorum dispensandis adhibenda sunt.

Mensura **metri gallici** talis est, ut **pes svecicus** 0,29691 ejus metri exæquet. Est igitur metrum 3,36806 pedibus svecicis æquale.

Metrum continet	10 decimetra.
Decimetrum	10 centimetra.
Centimetrum	10 millimetra.

Pondus **grammatis gallici** est **libræ svecicæ** (skålpund) 0,0023525 æquale. Libra svecica igitur grammata 425,0758 exæquat.

Kilogramma continet	10 hectogrammata.
Hectogramma	10 decagrammata.
Decagramma	10 grammata.
Gramma	10 decigrammata.
Decigramma	10 centigrammata.
Centigramma	10 milligrammata.

CANONES.

1. Medicaminum liquidorum quantitates pondere tantum æstimandæ sunt, non mensurâ.

2. Bina singularum librarum brachia ne sint in tenues producta hamulos, quibus adfigantur lances; eaque adeo sint ad æquum exacta, ut utracumque lancula rem ponderandam acceperit, idem omnino pondus significetur.

3. Inter ceteras libras, in officina necessarias, semper sit libra non manibus habilis, sed apto suspensa firmamento, tamque mollis, ut eâ possit centigrammatis pars dimidia (milligrammata quinque) ponderari accuratissime. Pondera ad hanc libram pertinentia in theca, ne mutantur, sollicite servanda sunt.

4. Pondera specifica ad temperaturam $+ 15^{\circ}$ thermometri centigradui sive Celsiusi exploranda sunt vel subductis rationibus ad eam revocanda.

5. Nisi aliud diserte præcipitur, **maceratio** sub temperatura $+ 15^{\circ}$ — 25° , **digestio** vero sub calore graduum 35—45 perficienda est.

6. Quæ in Tabulis B et C enumerantur medicamenta, ea privatis numquam dispensentur, nisi ad usum distincte indicatum (externum vel internum) præscripta fuerint, nec, ubi ad internum usum adhibenda erunt, nisi doses accurate fuerint definitæ.

7. Si ad internum usum præscripta fuerit major medicamentorum vehementium dosis, quam quæ in Tabula A indicatur, ea ne dispensetur, nisi vel signum exclamationis ! vel verbum **sic** a medico adscriptum sit.

8. Vegetabilium partes, quæ ne ultra annum servantur, præscriptum est, quum primum annum excesserint, statim de pharmacopoliis removeantur.

SIGNORUM EXPLICATIO.

☞ Materiem denotat toxieam, quæ cum ceteris, eodem signo notatis, separatim asservanda est.

☞☞ Materiem denotat toxieam, quæ una cum ceteris, eodem modo signatis, in armariis obseratis asservetur.

Materiae toxicæ his signis, tam ☞ quam ☞☞, denotatae nisi ex præscripto rite concepto medici vel veterinarii vel denique dentium medici ne distribuantur, quam quidem distributionem etiam juratis pharmacopolæ adjutoribus perficere licet. Aliter vero ne distribuantur, nisi sub conditionibus §§ 4 et 13 regii de venenis edicti (d. 7 Jan. 1876) descriptis, ac ne his quidem conditionibus, nisi ab ipso pharmacopolii præfecto.

* Materiem denotat, quam in officina pharmaceutica promptam habere non necesse est, nisi medius antea postulaverit.

ACETAS CUPRICUS.

(Ph. Dan.)

Ättiksyrad kopparoxid.

Crystalli saturate virides, in sufficiente aquæ, spiritus vel solutionis ammoniaci quantitate totæ solubiles. Cave ne fatiscendo mutatæ sint aut heterogeneis inquinatæ.

* ACETAS KALICUS.

Vide appendicem.

☞☞ ACETAS MORPHICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Ättiksyrad morfin.

Pulvis albidus, et in aqua, præsertim additis guttis nonnullis acidi acetici, et in solutione hydratis natrici facile, in spiritu difficilins solubilis, ignitus sine ullo residuo conflagrans.

In vase bene clauso **caute** servetur.

ACETAS NATRICUS.

(Ph. Dan.)

Ättiksyradt natron.

Crystalli coloris expertes, pellucidæ, reactionis neutrius, in aqua faeile, in spiritus concentrati partibus viginti solubiles.

Et ab oxidis metallicis atque calcieo et ab empyreumate liber sit, ehlori vel acidi sulphuriei vestigia tantum præbeat.

In vase bene clauso servandus est.

ACETAS PLUMBICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Ättiksyrad blyoxid.

Rec. **Acetatis plumbici crudi** . . . *partes viginti*, 20.**Acidi acetici** : . . . *partem unam*, 1.**Aquæ destillatæ fervidæ** . . . *partes viginti*. 20.

Fit solutio, quæ ctiamnunc calida colatur et, ut crystallos demittat, per dies aliquot seponitur. Crystalli collectæ inter plagulas chartæ bibulæ sæpius mutandas, calore non adhibito, siccantur et in vase bene obturato servantur.

E liquore residuo, vaporatione ad dimidium consumpto, eodem modo novam crystallorum copiam comparare licet.

Crystalli coloris expertes, subdiaphanæ, in aqua facile, in spiritu concentrato haud difficile solubiles, solutionem limpidam efficientes.

ACETAS PLUMBICUS CRUDUS.

(Ph. Dan.: Acetas plumbicus venalis.)

SACCHARUM SATURNI ED. VI.

Blysocker.

Crystalli coloris expertes, cum aqua solutionem turbidam præbentes. Videas ne cupro inquinatæ adhibeantur.

ACETUM.

(Ph. Dan.: Acetum crudum.)

ACETUM COMMUNE ED. VI.

Ättika.

Liquor limpidus, coloris fere expertis, odoris et saporis grate acidi. E spiritu valde diluto paratum sit

tantæque aciditatis, ut partes viginti quinque sufficiant ad carbonatis natrici anhydri partem unam saturandam; contineat igitur in 100 partibus 4 fere partes acidi acetici anhydri.

Cave ne fermentoleis aut oxidis metallicis sit inquinatum, neve acidis alienis vel materiis acerbis adulteratum.

ACETUM AROMATICUM.

(Ph. Norv.)

loco ACETI AROMATICI ED. VI.

Kryddättika.

Rec. Aetherolei Rosmarini,	1.
Aetherolei Lavandulæ,	1.
Aetherolei Juniperi,	1.
Aetherolei Cedro,	1.
Aetherolei Menthæ piperitæ, singulorum partem unam,	1.
Aetherolei Caryophylli . . . partes tres, . .	3.
Spiritus concentrati partes centum.	100.

Mixta seponuntur per dies aliquot in lagena interdum agitandâ; deinde adduntur

Acidi acetici partes centum, 100.

Aceti partes mille, . 1000.

quo facto iterum seponuntur interdum agitata; tum denique filtrantur.

Sit limpidum, coloris fere expers.

Servetur in vasis bene obturatis.

ACETUM SCILLÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Sjölöksättika.

- Rec. **Bulbi Scillæ** minutim concisi . *partem unam*, 1.
Acidi acetici *partes duas*, . 2.
Aquæ destillatæ *partes octo*. . . 8.

Macerantur per triduum in vase clauso, interdum agitando; tum liquor exprimitur et, quum subsederunt fæces, per chartam colatur.

In vitro bene clauso servandum est.

⚞⚞ ACETUM THEBAICUM.

loco LIQUORIS SEDATIVI.

- Rec. **Opii depurati** *partem unam*, 1.
Acidi acetici *partes tres*. . . 3.

In mortario porcellaneo inter terendum mixta cum

- Aquæ destillatæ** *partibus septem* 7.
diluuntur, quo facto omnia in lagena clausa, interdum agitandâ, per dies tres macerantur. Liquor post hoc expressus subsidendo depuratur et per chartam colatur.

In vitro bene clauso **caute** servetur.

ACIDUM ACETICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ACIDUM ACETICUM DILUTUM ED. VI.

Ättiksyra.

Sit liquor limpidus, coloris expers, igne adhibito omnis avolans, ab empyreumaticis, oxidis metallicis, acidis sulphuroso, sulphurico, hydrochlorato, formicico, cet. liber. In partibus 100 contineat partes 25 acidi

acetici anhydri vel tantum, ut ejus partes centum ad carbonatis natrici anhydri partes viginti sex saturandas juste sufficiant. Est igitur pondus ejus specificum 1,040.

In lagenis bene clausis servandum est.

ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM.

Koncentrerad ättiksyra.

Sit limpidum, coloris expers, calore adhibito sine residuo avolans, empyreumatica, metallica, acidum sulphurosus, cet. nequaquam continens. Ejus partes centum carbonatis natrici anhydri partes octoginta septem ad octo, ut neutrum reddatur, requirere debent, id quod partibus 84—85 acidi acetici anhydri in 100 partibus respondet.

Servetur in vasis, epistomiis vitreis optime claudendis.

⚞⚞ ACIDUM ARSENICOSUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

ARSENICUM ALBUM ED. VI.

Arseniksyrlighet.

Frusta quasi vitrea vel albida opaca, igne admoto sine residuo avolantia, quæ pulverata in aquæ partibus circiter sexaginta quamquam tarde solvuntur. Quum iis uti opus est, in pulverem tenuissimum redigenda sunt, quod ita fit, ut spiritu concentrato humefacta in mortario porcellaneo terantur vel supra porphyritem lævigentur.

Acidum illud arsenicosum, quod pulveratum prostat, ad usum medicum adhibere non licet.

Cautissime servetur.

ACIDUM BENZOICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

FLORES BENZOËS.

Benzoesyra.

Paratur sublimatione e **Resina Benzoë**, quæ crassiuscule pulverata in sartagine ferream immittitur. Supra aperturam sartaginis charta bibula laxioris texturæ expanditur, marginibus ad externam sartaginis oram glutine amylaceo affixis; supra sartagine vero et chartam expansam conus vel cylindrus e charta satis densa construitur, funiculi ope ad parietes sartaginis fortiter alligandus. Sartago, tali modo præparata, in laminam ferream, strato arenæ interjecto, imponitur, quo facto ignis lenis sub lamina accenditur, per horas quatuor vel sex, vel quamdiu acidum prodit, æquabiliter alendus. Toto apparatu refrigerato et converso atque funiculo dissoluto, conus vel cylindrus acidum sublimatum continens amovetur.

Crystalli aciculares, tenues, albidæ, in dies flavescentes, splendoris sericei, odoris benzoini, quæ in aquæ frigidæ partibus ducentis, fervidæ partibus viginti quatuor, in spiritu facillime solvuntur; igni expositæ liquefcunt primum, dein sine residuo avolant. Cave ne acidum cinnamomicum contineant, inde agnoscendum, quod cum solutione hypermanganatis kalici non nimis diluta conquassatæ, odorem ætherolei amygdalarum amararum spargunt.

In vase bene obturato, loco obscuro, servandum est.

ACIDUM BORICUM.

Vide appendicem.

ACIDUM CITRICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Citronsyra.

Adhibeantur tantummodo crystalli eoloris expertes, subpellucidæ, in aëre paullulum tantum mutabiles, in aquæ æquali parte, in spiritu etiam faeile solubiles, ignitæ sine residuo eonflagrantes, a metallicis, acido tartarico, eet. libera.

ACIDUM GALLOTANNICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ACIDUM QUERCITANNICUM ED. VI.

TANNINUM.

Galläpplegarfsyra.

Pulvis subflavus, odoris expertus, ignitus vestigio tantum eorum relieto eonflagrans, et in aqua et in spiritu solubilis, eum iisque solutiones limpidas præbens. Aethere vix solvitur; attamen solutio spiritiuosa aethere addito ne turbetur. Videas ne materias resinosas vel pingues contineat, neve saeharo, dextrino, eet. sit adulteratum.

ACIDUM HYDROCHLORATUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loeo ACIDI HYDROCHLORICI ED. VI.

Klorvätesyra.

Sit liquor limpidus, eoloris expertus, calore adhibito plane avolans, ab arsenico, chloro, ferro, acidisque sulphurico, sulphuroso, eet. liber. Habeat pondus specificum 1,124, quod respondet 25 partibus acidi hydrochlorati anhydri in 100 partibus.

Servetur in lagenis vitreis, quæ epistomiiis vitreis arte claudantur.

ACIDUM HYDROCHLORATUM CRUDUM.

(Ph. Dan.)

ACIDUM MURIATICUM CRUDUM ED. VI.

Rå klorvätesyra.

Liquor flavus, in aëre fumum exhalans. Pondus specificum 1,165 usque ad 1,170 sit, quod 33 ad 34 partibus acidi hydrochlorati anhydri in 100 partibus respondet. Rejiciatur quod arsenicum continet.

In lagenis vitreis, arcte claudendis, servandum est.

ACIDUM HYDROCHLORATUM DILUTUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Utspädd klorvätesyra.

Rec. **Acidi hydrochlorati** *partes duas* . . 2.

Miscentur cum

Aquæ destillatæ *partibus tribus* 3.
vel quantum sufficit, ut pondus specificum 1,049 sit.
Partes 100 contineant igitur acidi hydrochlorati anhydri partes 10.

In lagena, epistomio vitreo munita, servetur.

ACIDUM NITRICO-NITROSUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ACIDUM NITRI FUMANS.

Rykande salpetersyra.

Sit coloris aurantiaci, in aëre fumum suffocantem emittens, a chloro et ab acido sulphurico quantum fieri potest liberum, ponderis specifici 1,49 usque ad 1,50.

In vasis, epistomiis vitreis clausis, loco obscuro et frigido servandum est.

ACIDUM NITRICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco ACIDI NITRICI DILUTI ED. VI.

Salpetersyra.

Sit limpidum, coloris plane expers, calefactum sine residuo avolans, a chloro ad vestigium vix conspicuum, ab iodo et ab acido sulphurico plane liberum. Pondus specificum 1,180 esse oportet, quod respondet 25 partibus acidi nitrici anhydri in 100 partibus.

In vasis, quæ epistomiis vitreis clausa sint, loco obscuro servandum est.

ACIDUM NITRICUM CRUDUM.

(Ph. Dan.)

loco AQUÆ FORTIS ED. VI.

Rå salpetersyra.

Pondus specificum sit 1,38 usque ad 1,39, quod respondet 53 ad 55 partibus acidi nitrici anhydri in 100 partibus.

Servetur in vasis, epistomiis vitreis clausis, loco obscuro.

ACIDUM PHENYLICUM seu CARBOLICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Fenylsyra. Karbolsyra.

Massa crystallina, coloris expers vel leviter rube-scens, odore peculiari quasi aromatico insignis, in temperatura graduum +37 ad 40 liquescens, in spiritu, æthere, acido acetico, solutione hydratis natri, oleo pingui, glycerino solubilis. Cum aquæ destillatæ partibus quindecim ad viginti solutionem præbeat limpidam, quæ, additis chloroti ferri soluti guttis aliquot, colorem violaceum diu persistentem induat. Acidum liquefactum cum duplo suo volumine solutionis ammoniaci mistionem

efficiat in temperatura graduum + 40 limpidam, in refrigerando lactescentem.

In vase, quod epistomio vitreo bene clauditur, servandum est.

ACIDUM PHENYLICUM CRUDUM
seu CARBOLICUM CRUDUM.

Vide appendicem.

ACIDUM PHENYLICUM DEPURATUM
seu CARBOLICUM DEPURATUM.

Vide appendicem.

ACIDUM PHOSPHORICUM DILUTUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco SOLUTIONIS ACIDI PHOSPHORICI ED. VI.

Utspädd fosforsyra.

Rec. **Phosphori** *partem unam*, 1.

Acidi nitrici *partes quatuordecim*. 14.

In retortam tubulatam satis capacem, cui excipulum laxè adaptatum est, immissa in balneo vaporis vel arenæ leniter calefiunt, donec phosphorus omnis solutus sit, destillato, quod in excipulo colligitur, subinde in retortam per tubulum refuso. Liquor deinde in patina porellanea vaporatione consumitur, ut remaneant *partes circiter tres* (3), quibus etiamnunc calidis **Acidum nitricum** guttatim instillatur, quamdiu hoc destruitur vel vapores nitrosi exhalantur, quo facto ulterius evaporat, donec vapores acidos emittere cessaverit. Residuum refrigeratum et in **Aquæ destillatæ** *partibus decem* (10) solutum gase sulphidi hydrici, comminutione sulphureti ferrosi, aquæ et acidi sulphurici concentrati crudi extricato atque per aquam transadacto,

saturatur et primum in lagena claudenda loco tepido per dies aliquot seponitur, dein in vase aperto calefit, quamdiu odorem sulphidi hydrici prodit; tum denique liquor acidus, per chartam colatus, tantâ **Aquæ destillatæ** copiâ diluitur, ut sit ponderis specifici 1,08, quod 10 partibus acidi phosphorici anhydri in 100 partibus respondet.

Acidum phosphoricum dilutum parare etiam licet solvendo **Acidum phosphoricum**, quod **glaciale** dicitur, si ab arsenico, oxido natrico aliisque heterogeneis satis liberum invenitur, in justa **Aquæ destillatæ** quantitate; ubi tamen necesse est liquorem calefacere, donec solutionem albuminis ovi præcipitare desinat.

Sit coloris expers, ab acidis arsenicoso, arsenicico, nitrico, phosphoroso, et ab oxidis metallicis, ferrico excepto, liberum; oxidorum natrici, ferrici, aluminici, ammoniaci, calcici vel magnesici, atque acidi sulphurici vestigia tantum toleranda sunt. Ope carbonatis natrici neutrum factum cum nitrate argenteo præcipitatum flavum præbeat.

Servetur in lagena, epistomio vitreo instructa.

Obs. Partes **decem** respondent partibus circiter **quinque** Solutionis Acidi phosphorici Ed. VI.

ACIDUM SALICYLICUM.

Vide appendicem.

ACIDUM SUCCINICUM DEPURATUM.

(Cfr Ph. Norv.: *Acidum succinicum subflavum*. — Cfr Ph. Dan.: *Acidum succinicum*.)

ACIDUM SUCCINICUM ED. VI.

Renad bernstenssyra.

Sit flavidum, odoris pyrolei succini, igne admoto totum fere avolans et conflagrans, ab aliis acidis et a salibus ammoniacis liberum.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Acidum sulphuricum.)

ACIDUM SULPHURICUM DESTILLATUM ED. VI.

Koncentrerad svafvelsyra.

Sit coloris expers, a sulphate plumbico, arsenico et acido nitrico liberum, igne adhibito totum avolans. Pondus specificum 1,84 sit; contineat igitur 80 acidi anhydri partes in 100 partibus.

In lagenis, quæ epistomiis vitreis arcte claudantur, servandum est.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM
CRUDUM.*(Ph. Dan.: Acidum sulphuricum crudum.)*

ACIDUM VITRIOLI ED. VI.

Rå koncentrerad svafvelsyra.

Pondus specificum sit 1,830 usque ad 1,833, quod respondet 75—76 partibus acidi sulphurici anhydri in 100 partibus aut 91,9—93,1 acidi monohydrati. Ab arsenico liberum sit.

In vasis arcte claudendis servetur.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco ACIDI SULPHURICI DILUTI ED. VI.

Utspädd svafvelsyra.

Rec. **Acidi sulphurici concentrati** *partem unam*, . 1.

Aquæ destillatæ *partes septem*. . 7.

Acidum in aquam, baculo vitreo agitandam, sensim et caute infunditur, ut bene misceantur.

Pondus specificum sit 1,081 usque ad 1,085. Continet propemodum 10 partes acidi sulphurici anhydri in 100 partibus.

Coloris expers et plane limpidum esse debet.
Servetur in lagena, epistomio vitreo munita.

ACIDUM TARTARICUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Vinsyra.

Crystalli coloris expertes, non humectantes, igni expositæ plane conflagrantes, et in aquæ parte una et dimidia et in spiritu facile solubiles.

Vide ne acido sulphureo, metallicis, salibus, cet. inquinatum vel adulteratum sit.

ÆTHER.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Eter.

Sit limpidus, coloris expers, ab acidis liber, absque residuo, quod quidem visu vel olfactu percipi possit, avolans, pari aquæ volumini decimam tantum sui partem tradens. Ponderus specificum non excedat numerum 0,725.

In lagenis nee amplis, nee plane replendis, subere optime clausis, loco frigido servandus est.

ÆTHER ACETICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Ättiketer.

Liquor limpidus, coloris expers, sine ullo residuo avolans, ab acido liber vel acidi reactionem quam minimam præbens. Ubi cum æquali volumine aquæ conquassatur, aqua ne amplius, quam decimâ sui parte augeatur. Ponderus specificum 0,900 usque ad 0,904 sit.

In lagena, subere optime elausa, loco frigido servetur.

ÆTHER NITROSUS SPIRITUOSUS.

(Ph. Dan.)

AETHER NITRICUS SPIRITUOSUS ED. VI.

Ree. **Spiritus concentrati** *partes quatuor*. 4.

In retortam vitream capaeem inmissis paullatim affunditur

Acidi nitrico-nitrosi *pars una*. 1.

Adaptato sine luto vel junetura exeipulo, quod quam frigidissimum conservari oportet, calore balnei aquæ destillando elieiuntur *partes tres* (3), quæ in lagena obturanda eum **Oxido magnesico levi** conquassantur, quamdiu acidi reactionem præbent. Separatus post quietem liquor æthereus iteratâ in balneo aquæ destillatione rectificatur et in vase excipiente non mutando collectus modo præscripto statim servatur.

Sit liquor limpidus, coloris expers aut paullum flaveseens, plane volatilis, acidi reactionem nullam vel quam minimam præbens. Pondus specificum eireiter 0,84 esse oportet.

In lagenis grammatum viginti ad triginta capaeibus, quæ totæ replendæ et subere cum vesiea optime obturandæ sunt, additâ singulis lagenis **Tartratis kali** portioneulâ, loco frigido et obscuro servetur.

ÆTHER SPIRITUOSUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco AETHERIS SPIRITUOSI ED. VI.

Hoffmanns droppar.

Ree. **Aetheris** *partem unam*, 1.**Spiritus concentrati** *partes tres*. . . 3.

Miseentur.

Sit limpidus, coloris expers, ab acidis et oleo graveolente liber. Pondus specificum 0,806 usque ad 0,810 sit.

Servetur in lagenis accuratissime clausis, loco frigido.

ÆTHER SPIRITUOSUS CAMPHORATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SOLUTIO CAMPHORÆ SPIRITUOSO-ÆTHEREA ED. VI.

Ree. **Camphoræ** *partem unam*; 1.
solvitur in

Ætheris spirituosi *partibus sex.*. 6.

Solutio in lagenis optime claudendis loco frigido, servetur.

ÆTHEROLEA.

Flygtiga oljor.

Sint limpida, calore adhibito avolantia, et odorem spargant excitatissimum earum substantiarum, e quibus parata esse debent. Videas ne spiritu, oleo quodam pingui vel ætheroleis vilioribus adulterata comparentur.

Servanda sunt a luce remota, in laguneulis bene obturatis, iisdemque quantum fieri potest semper repletis; aëris contactus sollicite ab iis arceatur.

ÆTHEROLEUM ANISI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Anisolja.

E Fructibus Anisi destillando paratum, coloris expers vel subflavum, crassiusculum, frigore admissio concrescens. Liquidum semper dispensetur.

ÆTHEROLEUM CAJEPUT.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLEUM CAJEPUT ED. VI.

Kajeputulja.

Melaleuca Leucadendron *Lin.* et **M. minor** *Smith.***Myrtaceæ.** Arbores in Moluccis indigenæ.

E foliis recentibus destillando paratum, tenue, coloris viridis vel e subflavo viridis. Cave ne cupro inquinatum sit.

ÆTHEROLEUM CARVI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Kumminolja.

E **Fructibus Carvi** destillando paratum, tenue, coloris expers aut subflavum.

ÆTHEROLEUM CARYOPHYLLI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ÆTHEROLEUM CARYOPHYLLORUM ED. VI.

Nejljolja.

Destillando paratum sit e **Floribus Caryophylli**, aquâ gravius, spissiusculum, recens coloris expers, tempore interjecto subflavum factum aut subrubicundum.

ÆTHEROLEUM CASSIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLEUM CASSIÆ ED. VI.

Kanelolja.

Cinnamomum Cassia *Fr. Nees* (**C. aromaticum** *Chr. Nees*). **Laurineæ.** Arbor Chinæ et Cochinchinæ indigena.

Aetheroleum e cortice destillatione paratum, aquâ gravius, coloris subflavi vel aurei, postremo in fuscum vergentis.

ÆTHEROLEUM CEDRO.

(*Ph. Norv. : Ætheroleum Citri. — Ph. Dan.*)

OLEUM DE CEDRO ED. VI.

Cedro-olja.

E **Cortice Fructuum Citri** recente destillando vel exprimendo paratum, tenue, coloris expers aut subflavum. Aetheroleum expressum subturbidum filtretur.

ÆTHEROLEUM FOENICULI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Fenkålolja.

E **Fructibus Foeniculi** destillatione paratum, coloris expers aut subflavum, frigore rigescens. Liquidum semper dispensetur.

ÆTHEROLEUM JUNIPERI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Enbärolja.

Paratum destillatione e **Fructibus Juniperi**, tenue, coloris expers aut subflavum.

ÆTHEROLEUM LAVANDULÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

OLEUM LAVENDULÆ ED. VI.

Lavendelolja.

Aetheroleum e **Floribus Lavandulæ** destillando paratum, tenue, subflavum aut e subviridi subflavum.

* ÆTHEROLEUM MACIDIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLEUM MACIDIS ED. VI.

Muskatblomolja.

Ex arillis **Seminum Myristicæ** destillatione paratum, tenue, coloris expers aut subflavum, paulatim e flavo subrubidum.

ÆTHEROLEUM MENTHÆ PIPERITÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Pepparmyntolja.

Ex **Herba Menthæ piperitæ** destillando paratum, tenue, coloris expers aut subflavum, interdum virideseens.

Adhibeatur quod in mereatu optimum prostat, **gallicum, anglicum vel germanicum.**

ÆTHEROLEUM ROSMARINI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLEUM ANTHOS ED. VI.

Rosmarinolja.

Rosmarinus officinalis Lin. Labiatæ. Suffrutex Europæ meridionalis.

Aetheroleum ex herba florente destillatione paratum, tenue, coloris expers aut e subviridi flavum.

* ♀ ÆTHEROLEUM SABINÆ.

(Ph. Norv.)

Säfvenbomolja.

E **Ramulis Sabinæ** destillando paratum, tenue, coloris expers aut pallide subflavum.

ÆTHEROLEUM SINAPIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Senapolja.

E **Seminibus Sinapis nigræ** destillando paratum, tenue, aquâ gravius, coloris expers aut subflavum.

ÆTHEROLEUM TEREBINTHINÆ CRUDUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLEUM TEREBINTHINÆ ED. VI.

Rå terpentinolja.

E **Balsamo Terebinthinâ communi** destillatione paratum; præferatur quod e Gallia meridionali advehitur.

Aetheroleum tenue, coloris expers aut subflavum, residuo sæpe relicto avolans. Quod odorem empyreumaticum præbet, rejiciendum est.

ÆTHEROLEUM TEREBINTHINÆ
DEPURATUM.*(Ph. Norv.: Ætheroleum Terebinthinæ rectificatum. — Ph. Dan.: Ætheroleum Terebinthinæ.)*

Renad terpentinolja.

Parandum est ex **Aetheroleo Terebinthinæ crudo**, quod **gallicum** vocatur, rectificando ope vaporum aquæ ferventis.

Sit limpidum et coloris expers.

ÆTHEROLEUM THYMI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Timianolja.

Ex **Herba Thymi** florente destillando paratum, tenue, coloris expers, subflavum aut subviride, tempore interjecto o subfusco rubrum factum.

* ÆTHEROLEUM VALERIANÆ.

Vändelrotolja.

Destillatione paratum e **Radice Valerianæ**, spissiusculum, reactionis acidæ, coloris flavidi aut e subfusco vel subviridi flavi.

AGARICUS CHIRURGORUM.

(Ph. Dan.)

Fnöske.

Polyporus fomentarius *Fries.* **Hymenomycetes.**
Europæus.

Fungus præparatus.

Sit mollissimus, nitrate kalico haud imbutus.

ALOË.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ALOË LUCIDA ED. VI.

Aloe.

Aloës variæ species. **Liliaceæ.** Plantæ perennes
Africæ australis.

Succus foliorum exsiccatus, qui **Aloë capensis** vocatur, resinose nitens, marginibus diaphanis, calore admissio mollescens, pulverem e subviridi flavum præbens.

♂ ♀ AMYGDALINUM.

Amygdalin.

Rec. **Seminum Amygdali amarorum** contusorum
partem unam . . . l.

Postquam oleum eorum pingue iteratâ expressione remotum est, si velis leni calore adhibito, placenta pulverata et per eribrum trajecta cum

Spiritus concentrati *partibus duabus 2.*
decoquitur in vase idoneo, vitreo aut stanneo, ne spiritus in auras abiens perdat, sed colligi et in vas re-
fundi possit; quo facto liquor etiam nunc fervens per
linteum colatur et massa residua eum

Spiritus concentrati *partibus duabus 2.*
eodem modo iterum tractatur.

Liquoribus spirituosis destillando deminutis, donec
sexta fere eorum *pars* remaneat, residuum fervidum
per chartam madidam colatur et ad syrupi spissitudi-
nem evaporando redigitur; quod tunc restat in triplici
eireiter **Spiritus concentrati** ferventis quantitate sol-
vitur, quo facto solutio etiam nunc valida filtratur.
Amygdalinum, quod jam inter refrigerandum deponi-
tur, filtro colligitur, tum primum **Spiritu concentrato**
frigido, dein **Aethere**, ut saccharum et oleum pingue
tollantur, eduleoratur, denique inter chartæ bibulæ pla-
gulas exprimitur et postremo siccatur. Quod si non
plane album apparet, tale fit solvendo in **Spiritus con-**
centrati ferventis sufficiente quantitate, filtrando et re-
frigerando.

Sit album, crystallinum, igne admoto sine residuo
conflagrans, et eum aqua et eum spiritu fervente solu-
tiones limpidas efficiens.

In vase clauso **caute** servandum est.

AMYLUM ARROW.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

ARROW ROOT ED. VI.

Arrowstärkelse.

Maranta arundinacea *Lin.* et forsitan aliæ **Marantæ**
species. **Marantaceæ.** Planta Indiæ occidentalis indi-
gena et culta, quæ etiam in orientali India colitur.

Amylum e rhizomate tuberoso separatum. Videas ne amylo Solani tuberosi adulteratum sit neve adhibeatur amyllum aliarum plantarum sub eodem nomine in mercatura occurrens.

AMYLUM TRITICI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Hvetestärkelse.

Triticum vulgare *Villars.* **Gramineæ.** Planta patriæ incertæ, in zonis temperatis ubique culta.

Amylum e fructibus separatum.

AQUÆ DESTILLATÆ.

Aquæ destillatæ, quæ **aromaticæ** dicuntur, e substantiis recens comminutis et cum aquæ fluvialis sufficiente quantitate commixtis atque per horas duodecim maceratis destillando parantur, quod dum fit, vas refrigeratorium satis frigidum conservari oportet. Quum prodierit præscripta destillati quantitas, hæc bene conquassata per diem unum alterumve loco temperato seponitur, deinde, colando per chartam madidam, ab ætheroleo non soluto liberatur.

Præbeant odorem et saporem earum, e quibus paratæ sunt, substantiarum neve mucosæ sint, nec colore ullo imbutæ.

Serventur in lagenis vitreis, totis inde replendis ac bene claudendis, loco frigidulo et obscuro. Quod si interea ætherolei soluti partem quandam secreverunt, ante usum leniter calefaciendæ sunt atque conquassandæ, ut ætheroleum solvatur.

⚞⚞ AQUA AMYGDALARUM AMARARUM CONCENTRATA.

(*Ph. Norv.: Aqua Amygdalarum amararum. — Ph. Dan.*)

Koncentreradt bittermandelvatten.

Rec. **Seminum Amygdali amarorum** contusorum
partes decem . . 10.

Quæ quum in temperatura + 40° non excedente ab oleo pingui iteratâ expressione quam optime liberata sunt, placenta residua in pulverem redigitur et cum

Aquæ destillatæ *partibus sexaginta 60.*
conteritur; quo facto mixta in vase vitreo clauso per horas viginti quatuor macerantur. Additis deinde

Spiritus concentrati *partibus duabus, . . 2.*
fit destillatio cauta, donec, refrigeratione haud neglectâ, transierint *partes novem, 9.*
quibus, exploratâ quæ iis inest acidi hydrocyanati anhydri quantitate, tantum **Aquæ destillatæ** additur, ut partes liquoris 1000 ejus acidi partes 1,3 usque ad 1,4 contineant.

Sit limpida vel paullum turbata. Ejus partium mille (1000), quibus addita fuerit primum solutio ammoniaci, dein sine mora sufficiens nitratis argentici aquâ soluti copia, instillato postremum acido nitrico ad reactionem acidam efficiendam, partes sex cum dimidia usque ad septem (6,5—7) cyaneti argentici, ad calorem 100° siccati, præbeant.

In lagenis vitreis grammatum viginti ad triginta capacibus, repletis ac bene clausis, **caute** servanda est, loco frigidulo.

AQUA AMYGDALARUM AMARARUM
DILUTA.

(Ph. Dan.)

Utspädt bittermandelvatten.

Ree. **Aquæ Amygdalarum amararum concentratæ** *partem unam*, . . . 1.
Aquæ destillatæ *partes undeviginti*. 19.

Misceatur.

Nisi quum requiritur, non est paranda.

AQUA AURANTII.

(Ph. Dan.: *Aqua Aurantii triplex venalis*.)

loeo AQUÆ AURANTII ED. VI.

Pomeransblomvatten.

Citrus vulgaris *Risso*. **Aurantiaceæ**. Arbor in regionibus ealidioribus totius fere orbis culta.

Aqua e **Floribus recentibus** destillando parata, quæ in mercatura **triplex** dicitur. Cave ne ex aliis arboris partibus parata sit neve eupro aut plumbo inquinata.

* AQUA CARVI.

(Ph. Norv.)

Kumminvatten.

Ree. **Fructuum Carvi** *partem unam*, 1.
Aquæ fluvialis *partes viginti*. 20.
Destillando eliciuntur *partes decem*. 10.

* AQUA CHAMOMILLÆ.

(Ph. Dan.)

Kamomillvatten.

Ree. **Florum Chamomillæ** *partem unam*, 1.
Aquæ fluvialis *partes viginti*. 20.
Destillando eliciuntur *partes septem*. 7.

AQUA CINNAMOMI SPIRITUOSA.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

AQUA CINNAMOMI ED. VI.

Kanelvatten.

- Rec. **Corticis Cinnamomi ceylanici** *partes quinque*, 5.
Spiritus diluti *partes decem*, 10.
Aquæ fluvialis *partes centum*. 100.
 Destillando eliciuntur . . *partes quinquaginta*, 50.
 in quibus haud filtratis solvitur
Sacchari albi *pars una*. 1.
 Sit primo turbida, deinde limpida fiat.
-

AQUA DESTILLATA.

(Ph. Norv. § Ph. Dan.)

Destilleradt vatten.

- Rec. **Aquæ** vel fontanæ vel fluvialis vel potissimum pluvialis *partes centum*. 100.
 Ex alembico æneo, qui capitello et refrigeratorio stanneo, aquâ destillatâ diligentissime ablutis, instructus est, destillando eliciuntur *partes septuaginta* (70), rejectâ quæ primum prodit destillati parte, quamdiu ea vel solutione hydratis calcici vel solutione chlorethi hydrargyrici turbatur.

Quod si cavere velis, ne adsit in destillato carbonas ammonicus, qui quidem ope chlorethi hydrargyrici indicatur, aquæ, in alembico bullienti, **Sulphatis aluminico-kalici** pulverati portiunculam addas.

Sit limpidissima, odoris, saporis, coloris expers, plane volatilis, chartas exploratorias non mutans, et a metallicis et ab ammoniaco libera.

* AQUA SAMBUCCI.

(Ph. Dan.)

Flädervatten.

E **Floribus Sambuci**, vel recentibus vel chloreto natrico conditis, paratur ut Aqua Rosæ.

AXUNGIA BENZOATA.

(Ph. Norv.)

Rec. **Resinæ Benzoës** contusæ *partem unam*, . . . 1.

Axungia curatæ *partes quinquaginta*. 50.

In balneo vaporis liquatæ tenentur per horas duas, interdum agitandæ; dein per linteum colantur et inter agitationem refrigerantur.

AXUNGIA CURATA.

(Ph. Norv.: Axungia. — Ph. Dan.: Axungia Porci lota.)

Skiradt ister.

Axungia Porci recens, membranulis, vasis et fibrillis exemptis, lavatur aquâ frigidâ, quamdiu hæc inde colorem ducit, et in vase vel cupreo, stanno obducto, vel porcellaneo, ope balnei vaporis liquata tenetur, usque dum humor exhalatus sit; tum per linteum colatur atque etiamnunc liquida vasis porcellaneis aut vitreis, totis inde replendis, infusa loco frigido servatur.

Sit albissima, consistentiæ æquabilis, odoris vel saporis rancidi aut empyreumatici expers.

BALSAMUM COPAIVA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Kopaivabalsam.

Copaifera multijuga *Hayne* et aliæ **Copaiferae** species. **Cæsalpinieæ**. Arborea Brasiliæ.

Balsamum e truncis vulnocratis effluens, limpidum, subflavum, odoris proprii, consistentiæ syrupicæ. Vetus-
tum, obscurius, spissius, vel quod calefactum odorem
terebinthinum emittit, rejiciendum est.

Servetur in vase bene clauso.

BALSAMUM PERUVIANUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Perubalsam.

Myroxylon Pereiræ *Klotzsch* et **Myroxyli** forsan
aliæ species. **Papilionaceæ**. Arborea in America cen-
trali occidentali indigenæ.

Balsamum ex arbore sauciata caloris ope elicatum.

BALSAMUM STYRAX LIQUIDUS.

(Ph. Norv.)

STYRAX LIQUIDUS.

Liquidambar orientale *Miller*. **Balsamifluæ**. Ar-
bor in Asia minori indigena.

Balsamum expressione corticis paratum.

BALSAMUM TEREBINTHINA COMMUNIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

TEREBINTHINA COMMUNIS ED. VI.

Terpentin.

Pinus Pinaster *Aiton*, **P. palustris** *Aiton* et aliæ
Pini species. **Coniferæ**. Arborea Europæ et Americæ
borealis.

Balsamum e truncis vulneratis effluens, opacum, subgranulosum. A quisquiliis purum sit.

BALSAMUM TEREBINTHINA VENETA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

TEREBINTHINA VENETA ED. VI.

Venedisk terpentin.

Larix decidua *Miller* (**Pinus Larix** *Lin.*). **Cōniferæ**. Arbor Europæ australis.

Balsamum e trunco vulnerato effluens, subdiaphanum, æquabile.

BALSAMUM TOLUTANUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Tolubalsam.

Myroxylon toluiferum *Humboldt, Bonpland, Kunth* et aliæ forsā **Myroxyli** species. **Papilionaceæ**. Arbores Novæ Granadæ.

Balsamum e cortice vulnerato liquidum prodiens, postea solidescens.

BIBORAS NATRICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

BORAX ED. VI.

Tvåfalt borsyradt natron.

Sit in aquæ ferventis partibus duabus, in aquæ frigidæ partibus duodecim ad quindecim solubilis, salibus metallicis vel terreis non inquinatus, a sulphatibus et chloretis quantum fieri potest liber.

BICARBONAS KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

. Tvåfalt kolsyradt kali.

Crystalli non humescentes, in aquæ partibus quatuor sine ullo residuo solubiles, ab acido sulphurico et silicico, carbonate kalico vel natrico atque metallis liberæ; chlreti kalici vestigium tantum præbeant.

BICARBONAS NATRICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Tvåfalt kolsyradt natron.

Pulvis vel crustæ crystallinæ albæ, in aquæ partibus tredecim solubiles.

Carbonatis, sulphatis vel chlreti natrici copiam nisi valde exiguam ne contineat; a metallis liber sit.

BILIS BOVINA DEPURATA.

(Ph. Dan.)

Renad oxgalla.

Rec. **Bilis bovinæ** recentis, e vesicis nuper
depromptæ *quantum vis*, 1.
Spiritus concentrati *par pondus*. 1.

Conquassando accurate mixta et per dies aliquot seposita filtrantur atque in balneo aquæ evaporatione comminuuntur, donec residuum consistentiam massæ pilularis habeat.

Sit e subfusco viridis, cum aqua vel spiritu diluto limpidam efficiens solutionem.

In vase sicco, accurate claudendo servetur.

BISMUTHUM.

Wismut.

Ab arsenico plane, a sulphure quantum fieri potest liberum sit.

BITARTRAS KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Tvåfalt vinsyradt kali.

Rec. **Aquæ destillatæ**, 10.

Bitartratis kalici depurati pulverati, singulorum *partes decem*, . . . 10.

Acidi hydrochlorati . . . *partem unam*. . . . 1.

Digeruntur ad calorem balnei vaporis per horas aliquot, interdum agitando et liquorem evaporatione forsitan consumptum restituendo; tum refrigerantur. Post horas viginti quatuor bitartras non solutus colo linteo colligitur et **Aquâ destillatâ** paullatim adjectâ eluitur, donec liquor defluens nitrate argenteo jam non turbetur; siccatus denique per cribrum trajicitur.

Pulvis albus, cum aqua destillata, additâ solutione ammoniaci, solutionem plane limpidam efficiens, in aquæ frigidæ partibus centum septuaginta solubilis; a metallis, oxido calcico, chloro liber.

BITARTRAS KALICUS DEPURATUS.

(Ph. Dan.: Bitartras kalicus depuratus venalis.)

TARTARUS DEPURATUS ED. VI.

Cremor Tartari.

Crystalli albæ, cum aqua destillata, additâ solutione ammoniaci, solutionem paullulum turbatam præbentes. Videas ne metallis inquinatæ sint aut materiis heterogeneis adulteratæ.

BROMETUM KALICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Bromkalium.

Sint crystalli non humescentes, coloris expertes, reactionis haud alkalinae, in aquae partibus quatuor, in spiritus concentrati partibus circiter ducentis solubiles, a sulphatibus, carbonatibus, bromatibus, iodetis plane liberae, a chloretis quantum fieri potest purae.

Partes brometi kalici puri et sicci centum et undeviginti (119), aqua destillata soluta, ut tota decomponantur, nitratis argentei solutionem partes centum et septuaginta (170) continentem requirere debent, ita ut liquor praecipitato supernatans, sive brometum kalicum sive nitras argenteus ei addita fuerint, aut limpidus permaneat aut paulum modo turbetur.

BULBUS ALLII.

ALLII BULBUS ED. VI.

Hvitlök.

Allium sativum *Lin.* **Liliaceae.** Herba bulbosa patriae ignota, in Svecia culta.

Bulbus recens integer.

BULBUS SCILLÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SCILLÆ RADIX ED. VI.

Sjölök.

Urginea Scilla *Steinheil* (**Scilla maritima** *Lin.*). **Liliaceae.** Herba bulbosa regionis mediterraneae.

Squamae bulbi intermediae, concisae; rejiciantur fuscæ, tenaces vel humidæ.

Bene siccatus in vase arcte clauso servandus est.

CALX CHLORATA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

HYPOCHLORIS CALCICUS ED. VI.

Klorkalk.

Pulvis albus vel albidus, pæne siccus, grumosus, odoris peculiaris, in aqua ex parte solubilis. Partes ejus centum (100), cum aqua tritæ et cum sulphatis ferrosi partibus centum quinquaginta sex (156), aquâ solutis et acido hydrochlorato satis acidulatis, comixtæ, liquorem efficiant, qui solutionem hypermanganatis kalici non decoloret; præbeat igitur 20 minimum partes chlori efficaci in 100 partibus.

In vasis bene clausis, a luce remotis, loco frigido servetur.

CAMPHORA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CAMPHORA DEPURATA ED. VI.

Kamfer.

Camphora officinarum *Fr. Nees.* (**Laurus Camphora** *Lin.*) Laurineæ. Arbor Japoniæ et Chinæ.

Sit coloris expers, calefacta sine residuo avolans, in spiritu concentrato tota solubilis.

In vasis bene clausis loco frigido servanda est.

§ CANTHARIDES.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Spanska flugor.

Lytta vesicatoria *Fabricius.* Insecta, Coleoptera.

In arboribus fruticibusve Caprifoliaceis et Oleincis Europæ mediæ et australis, interdum etiam Sveciæ.

Insecta quantum fieri potest integra, vermiculis non corrosa. Ad gradum caloris 30—40 plane exsiccata in vasis bene clausis servantur.

CARAGHEEN.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LICHEN CARAGHEEN ED. VI.

Perlmossa.

Sphaerococcus crispus et **S. mamillosus** *Agardh.*
Fucaceæ. Algæ polymorphæ ad litora Angliæ et Hi-
 berniæ frequentes, ad Sveciæ occidentalis et Norvegiæ
 passim inventæ.

CARBO LIGNI PRÆPARATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco CARBONIS VEGETABILIS PRÆPARATI ED. VI.

Trädkol.

Ramuli juniores **Populi** vel **Tiliæ**, cortice nudati,
 in crucibulo non plane clauso vel in alio apparatu
 idoneo uruntur, donec partes volatiles edere cessave-
 rint; tum refrigerando exstincti, sed etiamnunc calidi,
 cineribus liberati, in pulverem subtilissimum redigun-
 tur, qui in vase optime clauso statim servandus est.

Cum aqua coctus eam ne tingat, neve ignitus
 flammam edat.

CARBONAS CALCICUS CRETACEUS.

(Ph. Norv.)

CRETA ALBA ED. VI.

Krita.

Frusta albissima, friabilia, tingentia, quæ in acido
 hydrochlorato diluto tota fere solvantur et solutionem
 efficiant, additâ solutione ammoniaci, vix turbandam.

Lævigatione quoque **præparatus** adhibeatur.

CARBONAS CALCICUS PRÆCIPITATUS.

Fäld kolsyrad kalk.

Rec. **Acidi hydrochlorati** quantum vis,**Carbonatis calcici cretacei** tantum fere, quantum ad acidum neutralisandum requiritur.Paratur ex his solutio, quæ etiamnunc acida cum **Calcis Chloratæ** quantitate sufficiente digeritur, ut ferrum et manganum oxydata præcipitentur; dein filtratur et cum **Aquæ destillatæ** quintuplici quantitate diluitur.

Hnic solutioni sensim et inter agitandum additur solutio colata, e

Carbonatis natrici. *parte una* 1.et **Aquæ destillatæ** *partibus quinque* . 5.
confecta, quamdiu præcipitatum oritur, quod, post horas aliquot filtro collectum et **Aquâ destillatâ** perfecte ablutum, siccatur et siccatum pulveratur.

Pulvis albissimus, in acido nitrico vel hydrochlorato sine ullo residuo solubilis, a chloreto natrico et a metallis liber.

CARBONAS KALICUS.

(Ph. Norv.: Carbonas kalicus purus. — Ph. Dan.)

CARBONAS KALICUS PURUS ED. VI.

Kolsyradt kali.

Sit albissimus, siccus, cum aquæ destillatæ æquali pondere solutionem tandem plane limpidam efficiens, ab acidis sulphurico et silicico, carbonate natrico vel calcico, cyaneto kalico, metallis liber; chloreto kalici nisi vestigium ne præbeat.

In vase bene obturando servandus est.

CARBONAS KALICUS CRUDUS.

(Ph. Dan.)

POTASSA CALCINATA ED. VI.

Pottaska.

Sit optimus, qui in mercatura prostat, 70 saltem carbonatis kalici partes in 100 partibus continens.

Servetur in vase clauso, loco non humido.

CARBONAS KALICUS DEPURATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Renadt kolsyradt kali. Renad pottaska.

Sit albissimus, siccus, cum aquæ destillatæ dupliei pondere solutionem paullum tantum turbatam efficiens. Vide ne carbonate natrico adulteratus sit.

In vase vitreo, satis bene clauso, servetur.

* CARBONAS LITHICUS.

Kolsyradt lithion.

Pulvis albus, interdum erystallinus, alkalinae reactionis, qui in aquæ partibus circiter centum, non vero in spiritu solvitur. Sit a carbonatibus alienis eo usque purus, ut ejus pars una (I) cum acidi hydrochlorati diluti partibus vix decem (10) solutionem præbeat reactione acidâ earentem.

CARBONAS NATRICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Kolsyradt natron.

Crystalli coloris expertes, diaphanae, in aquæ destillatæ frigidæ duabus partibus solubiles, a sulphate et chloreto natrico prorsus fere liberæ.

Servandus est in vase bene elauso.

CARBONAS NATRICUS DEPURATUS.

(Ph. Dan.: Carbonas natriicus venalis.)

SODA DEPURATA ED. VI.

Kristalliserad soda.

Crystalli magnæ, coloris expertes, in aquæ frigidæ partibus duabus solubiles. Cave ne sint sulphureto, sulphite vel hyposulphite natrieo inquinatæ, neve metallica contineant.

CASTOREUM CANADENSE.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Kanadisk bäfvergäll.

Castor americanus *Cuvier.* **Mammalia, Glires.**
 Ameriea borealis.

Sint folliculi non parvi, nec corrugati, vieti aut nimis fibrosi; vide ne faetitiï aut adulterati emantur.

Cautissime siecati servantur, ne mucorem contrahant.

CATAPLASMA SINAPIS.

(Ph. Dan.: Unguentum sinapinum.)

CATAPLASMA SINAPINUM FORTIUS ED. VI.

Senapsdeg.

Ree. **Seminum Sinapis nigræ** pulveratorum

partes tres, . . . 3.

Aquæ *partes duas . . . 2.*

vel quantum satis, ut fiat miscendo cataplasma mollioris consistentiæ.

Ex tempore paretur.

CERA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Vax.

Apis mellifica *Lin.* Insecta, Hymenoptera.**Cera flava**, e favis apum liquata. Cave ne resinâ, pinguedinibus vel aliis materiis adulterata adhibeatur.**Cera alba**, e cera flava aplicatione parata, pinguedinibus vel materiis similibus non adulterata.

CERATUM ALBUM.

loco CERATI ALBI ED. VI.

Hvitt cerat.

Rec. **Ceræ albæ**, 1.**Cetacei**, singulorum *partem unam*, 1.**Axungie benzoatæ** *partes tres*. . . 3.

In balneo vaporis liquando miscentur. Massa, per linteum trajecta, in capsulis refrigeratur.

Sit albissimum, non rancidum.

CERATUM FLAVUM.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: Unguentum Cerae.)

Gult cerat.

Rec. **Ceræ flavæ** *partem unam*, 1.**Olei Olivarum** *partes duas*. . . 2.

Liquando mixta et per linteum trajecta in capsulis refrigerantur.

* CERATUM RUBRUM.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Ceratum ad Labia.)

loco CERATI RUBRI ED. VI.

Rödt cerat.

Ut Ceratum album paratur, sed eortice **Radicis Alkannæ** tingendum est.

CETACEUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Hvalraf.

Physeter macrocephalus *Lin.* **Mammalia, Cetacea.**

Sit albissimum, granditer lamelloso-crystallinum, nitens. Flavescens vel raneidum rejiciatur.

CHARTA AD FONTICULOS.

Fontanellpapper.

Rec. **Balsami Terebinthiæ communis***partes viginti, 20.***Sevi curati** *partes quadraginta, . . . 40.***Ceræ flavæ** *partes sexaginta, 60.***Resinæ Pini flavæ** . *partes centum et viginti. 120.*

In balneo aquæ colliquatis atque etiamnunc calidis admisceentur

Acetatis cuprici, in pulverem tenuem redacti.*partes quinque. 5*

Mistioni colatæ immerguntur plagulæ ehartæ tenuioris, albæ, tenacis, quæ rursus subductæ refrigerantur.

* CHARTA NITRATA.

Rec. Nitratis kalici *partem unam, . . 1.*

Aquæ destillatæ *partes quatuor. . 4.*

Fit solutio, quâ imbunntur plagulæ chartæ bibulæ, non glutinatæ, quæ filis suspensæ siccantur.

* CHININA.

Chinin.

Pulvis albus, interdum crystallinus, sine residuo deflagrans, in aqua vix, in spiritu concentrato facillime, in æthere haud difficiliter solubilis. Cum acido sulphurico concentrato solutionem vix coloratam efficiat.

* CHINOIDINA.

(*Ph. Norv.: Chinoidinum. — Ph. Dan.*)

Chinoidin.

Massa sicea, fusca, resinæ similis, in aëre ignita residui nihil fere relinquens, in acido hydrochlorato diluto vel spiritu concentrato facile solubilis, in aqua fere insolubilis. Cave ne cupro inquinata sit.

CHLORAS KALICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Klorsyradt kali.

Sit coloris expers, siccus, reactionis neutralis, in aquæ partibus septendecim solubilis; solutio addito nitrato argenteo paullum modo turbetur. Vide ne arsenicum aut metalla aut nitratem kalicum contineat.

* CHLORAS NATRICUS.

Klorsyradt natron.

Crystalli coloris expertes, reactionis neutralis, in aquæ partibus tribus solubiles, quæ nec acidum tartaricum aut sulphuricum nec oxidum kalicum aut ammonicum contineant, chloreti vero natrici quam minimam solummodo quantitatem.

⚗ ⚗ CHLORETO-AMIDETUM HYDRARGYRICUM.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Chloretum amido-hydrargyricum.*)

loco MERCURII PRÆCIPITATI ALBI ED. VI.

Rec. **Chloreti hydrargyrici corrosivi**

partes duas, 2.

Aquæ destillatæ calefactæ

partes quadraginta. 40.

Fit solutio, quæ ad temperaturam ordinariam refrigerata et colata

Solutionis Ammoniaci. *partibus tribus 3.*
inter agitandum infunditur. Præcipitatum hinc oriundum filtro colligitur et, quum liquor defluxit,

Aquæ destillatæ. *partes viginti 20.*
affundendo cluitur, dein inter chartæ plagulas leni calore celeriter sicatur.

Sit albissimum, in aqua insolubile, cum acido hydrochlorato solutionem limpida efficiens, igne non liquescens, plane volatile.

In vase bene obturato, a luce remotum **caute** servetur.

CHLORETUM AMMONICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SAL AMMONIACUM DEPURATUM ED. VI.

Klorammonium. Salmiak.

Sit coloris et odoris expers, calore adhibito totum avolans, a metallis, empyreumaticis, salibus alienis liberum, cum aquæ destillatæ partibus tribus solutionem plane limpida præbens.

* CHLORETUM CHINICUM.

Vide appendicem.

CHLORETUM FERRICO-AMMONICUM.

(Ph. Dan.)

Rec. **Chloreti ferrici** *partem unam*, . . . 1.
Chloreti ammonici *partes novem*, . . . 9.
Aquæ destillatæ. *partes triginta*. . . 30.

Fit ex his solutio, si non limpida est, colanda, quæ in vase porcellaneo, evaporatione in balneo aquæ bullientis haud interruptâ, ad siccum redigitur, spatulâ vitreâ assidue agitando. Residuum etiamnunc calidum terendo pulveratur et in vas vitreum plane siccum et epistomio vitreo munitum statim immittitur.

Sit pulvis crystallinus, siccus, coloris aurantiaci æquabilis, in aquæ partibus tribus plane solubilis.

Servetur loco obscuro.

CHLORETUM FERRICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Jernklorid.

Rec. **Aquæ destillatæ** *partes decem*, . . . 10.
Acidi hydrochlorati . . . *partes octoginta*. . . 80.

In cucurbitam vitream immixtis adduntur sensim

Ferri in filis vel clavulis. . *partes octodecim*, 18.
ut fiat solutio, quæ, cum ferro non soluto per horas aliquot in balneo vaporis digesta, per chartam colatur.

Liquori ita parato, in patina porcellanea satis ampla ad calorem aquæ bullientis extemplo calefaciendo, adduntur partitis vicibus inter assiduam baculi vitrei agitationem

Acidi nitrici *partes viginti*, . . . 20.

Acidi hydrochlorati . . . *partes quadraginta*, 40.
antea mixtæ, vel ejusmodi mistionis tantum, nec plus, ut, vaporibus rubicundis calore fugatis, guttæ aliquot liquoris, aquâ satis dilutæ, solutionem hypermanganatis kalici jam non decolorent. Tum liquor, additis iterum

Acidi hydrochlorati *partibus tribus*, . . . 3.
in balneo vaporis evaporat, donec pondus habeat *partium septuaginta quinque* vel *sex* (75—76), dein, patinâ bene tectâ, in loco frigidiusculo seponitur, ut in massam crystallinam concreseat, quæ e patina paulum calefacta eximitur, in frustula diffringitur et in vas non pellucidum, epistomio vitreo sollicite claudendum, statim immittitur.

Sint massæ crystallinæ, flavi coloris, in aëre humescentes, in aqua et in spiritu penitus solubiles, quæ vapores acidi hydrochlorati nequaquam spargant et a chloreto ferroso, acido nitrico et sulphurico, zinco, cupro, cet. liberæ esse debeant.

☒☒ CHLORETUM HYDRARGYRICUM COR-
ROSIVUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Qvicksilfverklorid.

Ignitum plane ayolet, in aquæ partibus sedecim, in spiritus concentrati vel ætheris partibus quatuor ad quinque sine residuo sit solubile.

I vase vitreo bene clauso **caute** servetur.

☒ CHLORETUM HYDRARGYROSUM PRÆ-
CIPITATUM.

(*Ph. Dan.*)

CHLORETUM HYDRARGYROSUM ED. VI.

Fäld qvicksilfverklorur.

Sit viâ humidâ præcipitando paratum, album, non palpabile, in tubo vitreo ignitum sine residuo vel vapore aurantiaci coloris avolans, cum aqua vel acido acetico conquassatum his nihil impertiens.

A luce remotum servetur.

☒☒ CHLORETUM MORPHICUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MORPHIUM HYDROCHLORATUM.

Klorvätesyrad morfin.

Crystalli vel pulvis crystallinus albissimus, et in aquæ partibus viginti et in spiritu solubiles. Ignitum sine residuo deflagret, in solutione hydratis natriæ totum, sine odore ammoniacali, solvatur.

Caute servandum est.

CHLORETUM ZINCICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Klorzink. Zinkklorid.

Rec. **Acidi hydrochlorati** *partes tres*. 3.Quibus in vas idoneum immixtis additur per
vices

Zinci laminati in frusta dissecti . *pars una*, . 1.
vel tantum ut, cessante effervescentiâ et acido saturato,
copia quædam zinci intacta supersit, cum qua liquor
in balneo arenæ per diem noctemque digeritur. Quæ
post hoc soluta sunt, ea per asbestum vel vitrum crasse
pulveratum filtrantur et in patina porcellanea leni ca-
lore evaporant, donec gutta exempta refrigeratione du-
rescat; quo facto patina a calore removetur et massa
concreta in frustula comminuitur. Hæc frustula in vitra
parva, plane sicca, jam calefacta et optime claudenda,
statim immittuntur.

Sint frusta crystallina, alba vel cana, in aëre fa-
cile deliquescentia; cum aqua vel spiritu solutionem
efficiant turbidulam, quæ, si acidi hydrochlorati guttas
vel solutionis hydratis natrii superfluum addas, lim-
pida fiat. Ne contineant plumbum aut cuprum aut
cadmium.

§ CHLOROFORMIUM.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: *Chloroformium purum.*)

Kloroform.

Liquor limpidus, coloris expers, volatilis, odoris
peculiaris aromatici, saporis subdulcis et urentis, in
aqua minima ex parte, in spiritu, æthere et oleis pin-
guibus facile solubilis.

Pondus ejus specificum 1,485—1,493 erit. Quod si
chloroformium, mercatu comparatum et quod satis pu-
rum est, majus pondus specificum præbet, cum alco-

holis anhydri parva copia ($\frac{1}{2}$ —1 part. cent.) statim est diluendum, ut præscriptum pondus spec. obtineat.

Chloroformium adhibito calore graduum 60—63 ebulliat, usque ad calorem graduum 66 tepefactum sine ullo residuo avolet. Leni calore evaporans odorem ullum alienum ne spargat. Aqua, quæ cum eo conquassata fuerit, chartam exploratoriam coeruleam ne permutet neve nitrate argentico turbetur. Chloroformium cum solutione iodeti kalici conquassatum nequaquam rubescat nec alium colorem ducat.

In lagenis subere bene clausis et a luce remotis servandum est.

* CITRAS FERRICO-CHINICUS.

Citronsyrad jernoxid-chinin.

Rec. **Acidi citrici** pulverati *partes tredecim*, 13.

Aquæ destillatæ . . . *partes viginti quinque*. 25.

Conficitur hinc solutio, in qua, ad calorem graduum 30—40 calefacienda et interdum agitanda, solvitur

Hydratis ferrici, recens præcipitati et aquâ destillatâ frigidâ eloti, ea quantitas, quæ ope Solutionis Ammoniaci, ut in Tartrate ferrico-kalico parando præscriptum est, e **Chloreti ferrici** *partibus duodecim* (12) gignitur.

In solutione citratis ferrici acida, tali modo præparata, digerendo solvuntur

Chininæ *partes tres*; 3.

quo facto liquor limpidus in balneo vaporis inter agitationem ad siccum evaporat. Massa sicca, in pulverem redacta, in vase bene clauso servetur.

Licet etiam liquorem, ad syrapi tenuioris spissitudinem evaporando redactum, laminis vitreis vel porcellaneis inducere et calore hypocausti exsiccare; quo facto pulverare supervacaneum est.

Sit vel pulvis e flavo fuscus, vel lamellæ ejusdem fere coloris, splendentes, diaphanæ. In aqua sine residuo solvatur. Continet quintam sui partem citratis chinici, vel 15 fere chininæ partes in 100 partibus.

CITRAS MAGNESICUS.

Citronsyrad talk.

Rec. **Hydratocarbonatis magnesi** *partes quinque, 5.*

Acidi citrici pulverati *partes octo. . . 8.*

Diligentissime contritis admiscetur

Spiritus concentrati tantum,

quantum requiritur, ut puls oriatur, quæ in mortario chartâ bene oblecto seponitur, donec, calore non adhibito, in massam siccam conversa sit, extemplo pulverandam et in vase optime obturato servandam.

Sit pulvis albus, cum aqua solutionem haud effervescentem, limpidam efficiens, quæ post dies aliquot turbari incipit.

COCCIONELLA.

(*Ph. Dan.*)

Konsionell.

Coccus Cacti *Lin. Insecta, Hemiptera.* Indigena Americæ calidæ, in alias regiones calidas prolis producendæ gratiâ traductus.

Feminæ integræ siccata.

* ♂♂ CODEINA.

Kodein.

Crystalli coloris expertes, calore liquescentes, ignitæ sine residuo conflagrantes. In aquæ partibus octoginta, in spiritu et æthere facile solubiles sint; acido sulphurico concentrato absque colore solvantur.

Caute servanda est.

* COFFEINA.

THEINA.

Kaffein.

Crystalli albæ, graciles, sericei nitoris, calore sensim aueto primum liquescentes, dein sine residuo avolantes. In aquæ frigidæ partibus eentum, in aqua fervida et in spiritu multo facilius solubiles sint, neve acidum sulphuricum concentratum aut nitricum tingant.

COLLODIUM.

(Ph. Norv. § Ph. Dan.)

Kollodium.

Rec. **Lanuginis Gossypii**, a quisquiliis bene mundatæ et carminatæ, *partem unam*, 1.
Acidi nitrici crudi, ponderis specifici 1,382 usque ad 1,390 *partes novem*, 9.
Acidi sulphurici concentrati crudi, ponderis specifici 1,833 *partes duodeviginti*. 18.

In mistionem acidorum, ad calorem gradum 15—20 refrigeratam, lanugo sic immergitur, ut acidis tota imbuatur, cum quibus per horas quindecim ad viginti quatuor seponitur. Deinde massa compacta eximitur et magnâ **Aquæ destillatæ** copiâ optime eluitur, quo facto, expressa et divulsa, calore lenissimo caute siccatur.

Lanuginis tali modo præparatæ pars una (1) cum Aetheris partibus triginta quinque (35) et Spiritus concentrati partibus quinque (5) commixtis in lagena elausa conquassatur, ut fiat solutio, quæ vel post quietem a sedimento forsam deposito defunditur, vel per lanuginem gossypinam colatur.

Sit fere limpidum, spissitudine syrupi crassioris; reactionem acidam ne præbeat.

Servetur in lagenis bene obturatis, loco frigido.

COLLODIUM ELASTICUM.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

Elastiskt kollodium.

Rec. **Glycerini** partem unam, 1.

Collodii partes centum. 100.

Misceentur.

In lagenis bene obturatis loco frigido servetur.

* CONFECTIO CINÆ.

(Ph. Dan.)

Soekradt maskfrö.

Rec. **Florum Cinæ**, a stipitibus aliisque quisquiliis optime mundatorum, partem unam. 1.

In lebetem aeneum amplum, super lenissimum ignem suspensum, immixtis affunduntur sensim

Sacchari albi, ad justam spissitudinem

cocti, partes duæ . . . 2.

vel quantum sufficit, ut, lebetem interea assidue agitando et massam secundum leges artis intermiscendo et terendo, flores singuli saccharo obducantur; quo facto globuli, tali modo formati, a partibus pulverulentis cribri ope separantur.

* ♂♂ CONIINA.

Koniin.

Liquor oleo non dissimilis, vel coloris expers vel flavescens, odoris valde penetrantis. Cum aquæ frigidæ partibus centum solutionem præbeat limpidam, si vero acidi hydrochlorati guttam addideris, jam cum partibus decem. Leniter calefactus ne turbetur; calore aucto sine residuo aufugiat.

In lagenis admodum parvis, optime clausis et a luce bene defensis, **caute** servetur.

CONSERVA ROSÆ.

Rec. **Petala Rosæ centifoliæ** recentia.

In mortario lapideo ope pistilli lignei contunduntur in pulvem, cui continue terendæ sensim admiscetur

Sacchari albi pulverati pondus duplum.

Servetur loco frigido.

CORTEX CANELLÆ ALBÆ.

CANELLÆ ALBÆ CORTEX ED. VI.

Hvit kanel.

Canella alba Murray (*Winterania Canella* Lin.).

Canellaceæ. Arbor insularum Indiæ occidentalis.

Cortex interior.

CORTEX CASCARILLÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CASCARILLÆ CORTEX ED. VI.

Kaskarillbark.

Croton Eluteria Bennet. (*Lin.*) **Euphorbiaceæ.**

Arbor fruticescens insularum Indiæ occidentalis, præsertim Bahamensium.

Ramuli et frusta ligni immixta rejiciantur.

CORTEX CHINÆ CALISAYÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CINCHONÆ REGIÆ CORTEX ED. VI.

Kungskina.

Cinchona Calisaya Weddell. **Rubiaceæ.** Arbor in regionibus editioribus Andium Boliviae et Peruviae australis sponte crescens, in insula Java et India orientali anglica culta.

Cortex interior (liber) trunci, planiusculus, partibus exterioribus remotis. Ejus 100 partes basium, quas vocant, Chinæ partes minimum 2 contineant oportet, harum autem major portio ex Chinina constet.

Cave ne confundas cum corticibus vilioribus, quales sunt cortices Chinæ Carthagenæ, rubiginosus, pitayensis.

CORTEX CINNAMOMI CEYLANICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CINNAMOMI CEYLANICI CORTEX ED. VI.

Äkta kanel.

Cinnamomum ceylanicum Breyn. **Laurineæ.** Arbor insulae Ceylon indigena, in aliis quoque regionibus calidioribus culta.

Cortex interior (liber) tenuissimus. Qui e Java et America australi advehitur vilior est nec adhiberi debet.

CORTEX FRANGULÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Brakvedsbark.

Rhamnus Frangula *Lin.* **Rhamneæ.** Frutex Sveciæ indigenus.

E truncis junioribus et ramis validioribus tempore vernali colligendus est.

CORTEX FRUCTUUM AURANTII.

AURANTII CORTEX FRUCTUS ED. VI.

Pomeransskal.

Citrus vulgaris *Risso* (**C. Aurantium** *Lin.* var. **amara**). **Aurantiaceæ.** Arbor Asiæ orientalis et meridionalis, in regionibus calidioribus ubique fere culta.

Pericarpium ("eortex") fructus maturi siceatum, in segmenta fere elliptica quatuor divisum.

Cave ne confundas eum pericarpio **Citri Aurantii** *Risso* (**C. Aurantii** *Lin.* var. **dulcis**, svecic apelsin).

CORTEX FRUCTUUM CITRI.

CITRI CORTEX FRUCTUS ED. VI.

Citronskal.

Citrus Limonum *Risso* (**C. medica** *Lin.* var. **Limonum**). **Aurantiaceæ.** Arbor in Asia orientali indigena, in regionibus calidioribus eulta.

Pericarpium ("eortex") fructus maturi siceatum, in laminas spirales plerumque dissectum.

* CORTEX MEZEREI.

(Ph. Dan.)

MEZEREI CORTEX ED. VI.

Tibast.

Daphne Mezereum *Lin.* **Thymelææ.** Frutex Sveciæ indigenus.

Colligendus est vere ineunte e truncis et e ramis crassioribus.

CORTEX QUERCUS.

(Ph. Norv. § Ph. Dan.)

QUERCUS CORTEX ED. VI.

Ekbark.

Quercus pedunculata *Ehrhardt* (**Qu. Robur** *Lin.*) et **Qu. sessiliflora** *Smith* (**Qu. Robur** β *Lin.*). **Cupuliferae.** Arborea Sveciæ australis et mediæ.

E truncis junioribus vel e ramis non nimis vetustis tempore verno sumatur.

DECOCTA.

Parantur, nisi aliud diserte præscribitur, in vasis cylindricis altis, e stanno puro vel massa porecellanea confectis, tegendisque opereulo, cui est foramen, per quod tubus pure stanneus prope ad fundum demitti possit. Jam vero ubi decoctum est præparandum, substantiæ, prout cujusque fert indoles aut minutim concisæ aut contusæ, vasi immittuntur et tantâ **Aquæ destillatæ** copiâ superfunduntur, quantâ opus est, ut, operatione peractâ, præscriptam habeas decocti quantitatem; tum opereulo admoto, vapores aquæ in apparatu idoneo bullientis per tubum deducuntur, ita ut liquor in vase ferveat.

Continuatâ per horæ quadrantem coctione, decoctum etiamnunc calidum exprimendo colatur et, vas excipiens aquâ frigidâ circumdando, quam citissime refrigeratur; tum a sedimento forsân orto defunditur. Sin autem colatura pondus præscriptum non explet, residuum aquâ fervidâ humectandum est atque iterum exprimendum, ita ut colatura habeatur ponderis debiti.

Nisi in præscripto medici aliud dicitur, ea in decoctis simplicibus parandis ratio teneatur, ut ex *una* (1) *substantiæ parte* obtineantur *colaturæ partes decem* (10); si vero substantia majorem possidet vim, copia ejus a medico semper definienda est.

Nisi quum requiruntur, non sunt paranda.

DECOCTUM ZITTMANNI FORTIUS.

Rec. **Radicis Sarsaparillæ** minutissime concisæ

partes centum et viginti. . . 120.

Aquæ. *partium novem millia*. . . . 9000.

Macerantur per horas viginti quatuor. Immissis deinde

Sulphureti hydrargyrici sublimati, in pulverem redacti *parte unâ*, 1.

Chlorete hydrargyrosi præcipitati
partibus quinque, 5.

Sulphatis aluminico-kalici, 8.

Sacchari albi, singulorum pulveratorum
partibus octo, . . 8.

inter se commixtis et sacco linteo inclusis, in olla ferrea vitreata decoquantur, donec habeas colaturâ *partium tria millia* (3000), additis sub finem coctionis

Fructuum Anisi, 5.

Fructuum Foeniculi, singulorum contusorum *partibus quinque*, . . 5.

Radicis Glycyrrhizæ concisæ

partibus quindecim, 15.

Foliorum Sennæ concisorum

partibus triginta. . . 30.

Decoctum, sine expressione colatum et per aliquod tempus sepositum, a sedimento defunditur.

DECOCTUM ZITTMANNI MITIUS.

Rec. **Species ex partium tribus millibus decocti fortioris** residuas, saceulo remoto,

Radicis Sarsaparillæ minutissime concisæ

partes sexaginta, . . . 60.

Aquæ partium novem millia. 9000.

Coquantur, donec habeatur colatura *partium trium millium* (3000), additis sub finem coctionis

Seminum Cardamomi, 4.

Corticis Cinnamomi ceylanici, 4.

Corticis Fructuum Citri, 4.

Radicis Glycyrrhizæ, singulorum contusorum et concisorum partibus quatuor. 4.

Colatura, exprimendo facta et per aliquod tempus seposita, a sedimento defunditur.

ELÆOSACCHARA.

(Cfr Ph. Norv. = Ph. Dan.)

Oljsocker.

Rec. **Aetherolei** cujuslibet . . . *guttas quinque, . 1.*

Sacchari albi pulverati . . grammata decem. 50.

Conterendo miscentur.

Parentur ex tempore.

* ♂♂ ELATERIUM ALBUM.

Hvitt Elaterium.

Ecbalium Elaterium *Richard* (**Momordica Elaterium** *Lin.*). Cucurbitaceæ. Planta annua Europæ australis, apud nos interdum culta.

Fæculæ e succo loculamentorum fructus subsidentes, siccatae. Sint frusta fere plana, tenuia, coloris vel e viridi cinerei, vel e flavo cinerei.

Cave ne amylo vel carbonate calcico adulteratum sit.

Caute servetur.

ELECTUARIUM SENNÆ.

Sennamos.

Rec. **Fructuum Coriandri** pulveratorum
partem unam, 1.
Foliorum Sennæ pulveratorum *partes decem, 10.*
Pulpæ Tamarindorum depuratæ
partes quindecim, . . . 15.
Syrupi Sacchari . . . *partes viginti quinque. 25.*

Rite mixta leni calori in balneo vaporis exponuntur, ut fiat electuarium, quod vasi porcellaneo immisum loco frigido et sicco servandum est.

EMPLASTRA.

Plåster.

Parantur emplastra substantiis, quibus conficiuntur. ad temperaturam + 100° haud superantem liquefaciendis ac miscendis; ubi major caloris vis in emplastro quodam parando requiritur, ibi in formula ejus id præscriptum invenies.

Parata vel in capsulis refrigerantur vel, si id non præscriptum est, etiamnunc mollia in magdaleones for-

mantur, in quo faciendo manus vel aquâ humectandæ sunt vel, ubi emplastra substantias herbaceas vel extracta vel cantharides continent, oleo olivarum parce illinendæ.

Sint homogenea et optime mixta.

Serventur, chartâ interpositâ, in cistulis vel ligneis vel e ferro laminato albo confectis atque quantum fieri potest clausis, loco frigido nec humido.

EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

(Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.)

loco EMPLASTRI ADHÆSIVI ED. VI.

Häftplåster.

Rec. **Resinæ Pini flavæ** *partem unam*, . 1.

Emplastri Oxidi plumbici. . *partes quatuor*. 4.

Mixta inter perpetuam agitationem igni caute admoventur, donec spuma consumpta sit et massa liquata tamquam oleum fluat.

Sit colore subfusco. Vetustum recenti præferendum est.

EMPLASTRUM AMMONIACI SCILLITICUM.

EMPLASTRUM GUMMI AMMONIACI SCILLITICUM ED. VI.

Rec. **Gummi-resinæ Ammoniaci pulveratæ**

partem unam, 1.

Aceti Scillæ *partes duas*. 2.

Commixta in vase porcellaneo inter continuam agitationem evaporant ad justam emplastri spissitudinem.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM COLATUM.

(Ph. Norv.)

loco EMPLASTRI CANTHARIDUM ED. VI.

Spanskflugelplåster.

- Rec. **Sevi curati** *partes duas*, . . 2.
Ceræ flavæ *partes quinque*, 5.
Resinæ Colophonii,
Cantharidum pulveratarum, singularum
partes octo. . . 8.

Mixta inter frequentem agitationem liquata detinentur in balneo aquæ bullicentis per horas tres; tum massa, admixtâ

Balsami Terebinthinæ communis *parte unâ*, 1.
per pannum linteum ope preli calfacti premendo colatur et in capsulas papyraceas effunditur.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM CUM
EUPHORBIO.*(Ph. Norv. & Ph. Dan.)*

EMPLASTRUM VESICATORIUM PERPETUUM JANINI.

- Rec. **Balsami Terebinthinæ venetæ**, 6.
Resinæ Mastix pulveratæ, singulorum
partes sex. . . 6.
Colliquatis admiscuntur
Euphorbii pulverati. *pars una*, . . . 1.
Cantharidum pulveratarum . . *partes duæ*, . . 2.

ut fiat emplastrum.

Colliquata per tempus aliquod in balneo vaporis detinentur; tum colatis et semirefrigeratis admiscuntur

Herbæ Meliloti pulveratæ *partes quatuor*. . . 4.
Fit emplastrum.

EMPLASTRUM OXIDI PLUMBICI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

EMPLASTRUM PLUMBICUM ED. VI.

Blyoxidplåster, blyplåster.

Rec. **Oxidi plumbici** pulverati *partem unam*, 1.
Olei Olivarum *partes duas*. . 2.

In lebete aeneo capaci mixta, spathulâ continue agitando et aquam fervidam, ne humidum deficiat, subinde cauteque instillando, coquuntur ad modicum ignem, donec emplastrum confectum sit.

EMPLASTRUM PICIS.

Beckplåster.

Rec. **Balsami Terebinthinæ venetæ** *partem unam*, 1.
Ceræ flavæ *partes duas*, . 2.
Picis Pini *partes quatuor*, 4.
Resinæ Pini flavæ *partes sex*. . . 6.

Simul liquata colantur et in capsulis, oleo unctis, refrigerantur.

EMPLASTRUM SAPONACEUM.

Tvålplåster.

Rec. **Saponis albi hispanici** *partem unam*, 1.
Emplastri Oxidi plumbici. . . *partes octo*. . . 8.

Simul liquata igni admoventur, usque dum colorem castaneum acceperint.

EMPLASTRUM ZINCICO-PLUMBICUM.

Zinkblyplåster.

- Rec. **Olei Olivarum** *partes decem*, 10.
Ceræ flavæ *partes viginti*. 20.
 Colliquatis et paullum refrigeratis subigendo adduntur
Gummi-resinæ Olibani pulveratæ
partes tres, . . . 3.
Oxidi zincici venalis *partes quinque*, 5.
Hydratocarbonatis plumbici
partes sex, . . . 6.
Graphitæ *partes decem*, . 10.
 inter se antea commixtæ, ita ut omnium unitas fiat.

EMULSIONES.

In emulsionibus parandis materiæ emulgendæ, inter se antea commixtæ, tali modo eum liquido præscripto diluuntur, ut in mortario lapideo vel porcellanico primum cum parva liquidi copia bene terantur; tum quæ supersit liquidi pars inter tritrandum sensim admisceatur.

Nisi per occasionem ne parentur.

EMULSIO AMYGDALINA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.: *Emulsio Amygdalarum.*)

Mandelemulsion.

Rec. **Seminum Amygdali dulcium** decorticatorum
partem unam. 1.

In mortario contusis et affusâ aquæ portiunculâ
in massam pultaceam redactis additur

Aquæ destillatæ tantum, ut fiat lenissime
exprimendo colata emulsio ponderis *partium novem*, 9.
eni admiscetur

Syrupi Sacchari *pars una.* 1.

EMULSIO CAMPHORÆ.

loco EMULSIONIS CAMPHORATÆ ED. VI.

Kamferemulsion.

Rec. **Camphoræ** pulveratæ. . . *partem unam,* . . . 1.

Gummi arabici pulverati *partes quinque,* . . . 5.

Emulsionis amygdalinæ *partes trecentas.* . . 300.

Fit emulsio.

Observa: Ejus **partes tres** respondent Emulsionis
camphoratæ Ed. VI **partibus fere quinque.**

EMULSIO CANNABINA.

Hampfrö-emulsion.

Rec. **Fructuum Cannabis** . . . *partes quindecim,* 15.

Syrupi Sacchari. *partes decem.* . . . 10.

Fit, ut de Emulsione amygdalina præscriptum
est, emulsio ponderis *partium centum.* . . 100.

EMULSIO CARBONATIS CALCICI.

(Cfr *Ph. Norv. & Ph. Dan.: Mixtura alba.*)

loco MUCILAGINIS CRETACEÆ ED. VI.

Rec. Carbonatis calcici præcipitati,	4.
Sacchari albi pulverati,	4.
Gummi arabici pulverati, singulorum	
	<i>partes quatuor, 4.</i>
Aquæ destillatæ tantum, ut fiat	
emulsio ponderis	<i>partium centum. 100.</i>

EMULSIO CERÆ.

Vaxemulsion.

Rec. Ceræ flavæ	<i>partes duas. . . 2.</i>
In mortario satis calefacto liquatæ conteruntur cum	
Sacchari albi pulverati . . .	<i>partibus quatuor, 4.</i>
Gummi arabici pulverati . .	<i>partibus sex, . . 6.</i>
quo facto additur	
Aquæ destillatæ tantum, ut fiat	
emulsio ponderis	<i>partium centum. 100.</i>

EMULSIO GUAJACI.

EMULSIO GUAJACINA ED. VI.

Guajakemulsion.

Rec. Resinæ Guajaci,	4.
Gummi arabici,	4.
Sacchari albi, singulorum pulveratorum	
	<i>partes quatuor, . . 4.</i>
Aquæ Menthæ piperitæ tantum, ut fiat	
emulsio ponderis	<i>partium centum. 100.</i>

⚞⚞ EMULSIO HYDROCYANATA.

EMULSIO HYDROCYANICA ED. VI.

Blåsyre-emulsion.

Rec. **Amygdalini** *partem unam*, . . . 1.

Emulsionis amygdalinæ . . . *partes octoginta*. 80.

In lagena obturanda miscentur et per horam, interdum quassatæ, macerantur.

Continent **grammata quindecim** emulsionis **centigramma unum** acidi hydrocyanati anhydri.

EMULSIO MOSCHI.

loco JULAPII E MOSCHO ED. VI.

Mysk-emulsion.

Rec. **Moschi triti** *partem unam*, . . . 1.

Sacchari albi, 3.

Gummi arabici, singulorum pulveratorum
partes tres, 3.

Aquæ Rosæ tantum, ut fiat

emulsio *partium centum*. . . 100.

Obs. Partes **duæ** hujus emulsionis respondent partibus **quinque** Julapii e Moscho ED. VI.

EMULSIO MYRRHÆ FERRATA.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: *Mixtura Ferri composita*.)

Rec. **Carbonatis kalici** *partes duas*, . . . 2.

Gummi-resinæ Myrrhæ pulveratæ
partes sex, 6.

Syrupi Sacchari *partes decem*, . . . 10.

Aquæ Menthæ piperitæ . . . *partes ducentas*. 200.

Bene contritis et in lagenam obturandam inditis
admiscentur primum

Sulphatis ferrosi *partes duæ*, 2.
solutæ in

Aquæ destillatæ . . . *partibus quinquaginta*, 50.
dein, bene conquassatis,

Tincturæ Lavandulæ aromaticæ
partes triginta. 30.

EMULSIO OSSIUM USTORUM.

EMULSIO CORNUS CERVI USTI ED. VI.

Rec. **Ossium ustorum præparatorum**, 4.

Gummi arabici pulverati, 4.

Syrupi amygdalini, singulorum
partes quatuor, 4.

Aquæ destillatæ tantum, ut fiat
emulsio ponderis *partium centum*. 100.

EMULSIO SALINA.

Rec. **Seminum Amygdali dulcium**, excorticatorum
et contusorum, *partes octo*, 8.

Mellis depurati *partes duodecim*. 12.

Contrita diluuntur

Aquæ destillatæ tantâ copiâ, ut, solutis in emul-
sione

Tartratis kalici. *partibus tribus*, 3.
fiat colatura *partium centum*. 100.

ENEMA COMMUNE.

Vanligt klistir.

Rec. **Crimnorum Avenæ** *grammata quinquaginta*
 vel *partem unam*. . . 1.

Paratur inde decoctum ponderis *grammatum*
quadringentorum vel . . . *partium octo*, . . . 8.

in quo etiamnunc calido solvuntur

Chloreti natrici *grammata quinquaginta* vel
pars una. 1.

Solutis tandem inter quassandum addenda sunt

Olei Olivarum *grammata quinquaginta* vel
pars una. 1.

Nisi quum requiritur, non est parandum.

ENEMA OPII.

Opiumklistir.

Rec. **Amyli Tritici** *grammata octo* vel
partes quatuor. . . . 4.

Cum exigua aquæ copia triturantur et

Aquæ ferventis *grammatis centum et viginti*
 vel *partibus sexaginta* 60.

sensim et inter agitandum admiscentur. Quum in unum
 coierunt, adduntur

Tincturæ thebaicæ *grammata duo* vel
pars una. 1.

Ex tempore paretur.

♁ EUPHORBIIUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Prustkåda.

Euphorbia resinifera *Berg.* **Euphorbiaceæ.** Frutex Atlantis Africae.

Succus lacteus fruticis vulnerati, in aëre induratus.

EXTRACTA.

In extractis parandis hoc tenendum est, evaporationem in balneo aquæ vel vaporum ita instructo, ut calor aquæ bullientis non superetur, sub continua agitatione instituendam esse et sine ulla intermissione perficiendam. Quum ad justam spissitudinem redacta sunt, etiamnunc calentia vasis bene siccatis immittuntur, quæ, ut primum refrixerint, obturantur.

E liquoribus spirituosis partem quandam spiritus ante evaporationem destillando detrahare licet, qui tamen ad eandem solummodo operationem, alias instituendam, adhibendus est.

In extractis spissis exsiccandis temperatura calorem 50° ne excedat.

Vasa, in quibus evaporant liquores, ex tali confecta sint materia, ut nulla ejus pars extracto immisceatur.

Habeant extracta odorem et saporem earum substantiarum, e quibus parata sunt, præscriptumque spissitudinis vel siccitatis gradum. Est vero justa vel ordinaria spissitudo talis, ut in temperatura media extractum in fila deduci, non vero e vase effundi possit.

Cave ne empyreumate aut metallis sint inquinata.

Serventur loco sicco, non nimis calido. in vasis vitreis, obturamentis vitreis vel suberinis optime claudendis.

EXTRACTUM ABSINTHII.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Malörtextrakt.

Rec. **Herbæ Absinthii**, minutim concisæ, quantum placet,

Aquæ destillatæ ferventis tantam quantitatem. ut mixta in pulvem fluidam redigantur.

Macerantur, sæpius agitanda, in dolio tecto vel alio vase idoneo, haud ferreo aut cupreo, per horas viginti quatuor. Tum exprimitur liquor, residuum vero cum minori, quam antea adhibita fuerit, **Aquæ destillatæ** fervidæ copia in pultis formam denuo redigitur et post duodecim horarum macerationem exprimitur. Liquores, qui exprimendo obtenti sunt, inter se mixti loco frigidulo seponuntur, ut partes turbantes subsident, quo facto per pannum colantur: evaporatione deinde ad dimidium consumpti iterum seponuntur et limpide defusi ad justam extracti spissitudinem evaporant.

 ☞ EXTRACTUM ACONITI TUBERUM.

Rec. **Tuberum Aconiti**, in pulverem crassum contusorum, *partes duas*, 2.

Spiritus diluti *partes quatuor*. . . 4.

In lagena clausa, interdum agitanda, macerantur per dies quinque. Expressione deinde institutâ, residuum cum

Spiritus diluti *partibus tribus* . . 3. iterum maceratur et maceratione peractâ exprimitur. E liquoribus commixtis et filtratis paratur extractum justæ spissitudinis.

Caute servetur neve dispensetur, nisi ipso suo nomine postulatum fuerit.

Ut in forma pulveris administrari possit extractum hocce, copiam ejus parvam in promptu habere licet cum **Radice Glycyrrhizæ** pulverata mixtam et exsiccata; quod quidem ita fit:

Ree. **Extracti Aconiti Tuberum**, 1.
Radiceis Glycyrrhizæ pulveratæ, singulorum
partes æquales. 1.

In patina porellanea calefacta optime miscentur et in temperatura graduum + 40 usque ad + 50 inter agitationem siccantur, quamdiu pondus deminuitur. Tum massæ etiamnunc calidæ et contritæ admiscetur

Radiceis Glycyrrhizæ pulveratæ tantum, ut habeas mistionis sicca *partes duas*. . . 2.

Hujus **Extracti siccati** pensetur quantitas duplo major, quam quæ extracti spissi a medico præscripta fuerit portio.

Exsiccentur simili modo et siccata eâdem ratione pensentur cetera extracta spissa narcotiei generis, qualia sunt

Extractum Belladonnæ,
Extractum Cannabis Indicæ,
Extractum Conii,
Extractum Digitalis,
Extractum Hyoseyami.

Extracta tali modo siccata in vitris, epistomiis suberinis optime claudendis, servantur. Signentur additis verbis: **sumatur duplum.**

* **EXTRACTUM ALOËS.**

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Aloe-extrakt.

Ree. **Aloës** pulveratæ *partem unam*, . . 1.
Aquæ destillatæ *partes quatuor*. . . 4.

Maerantur sæpius agitandæ per horas quadraginta octo. Deinde, quum partes non solutæ fundum petierunt, liquor supernatans colatur et ad crassitudinem massæ pilularis evaporando redigitur. Quæ quidem massa, etiãmmune ealida e vase exempta et in tæniã attenuata vel tenuiter strata, leni calore optime exsiccatur, donee in pulverem conteri possit; tum in grumulos vel pulverem erassum redaeta in vas suum statim ingeritur.

In vitris, epistomiis suberinis sollicite elaudendis, servandum est.

⚗ ⚗ EXTRACTUM BELLADONNÆ.

(Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.)

Belladonna-extrakt.

E **Foliis Belladonnæ**, minutissime concisis, paratur eodem modo, quo Extractum Aeoniti Tuberum, nisi quod **Spiritus diluti** duplo major adhibenda est copia.

Caute servetur.

* ⚗ ⚗ EXTRACTUM CALABAR.

(Ph. Dan.)

EXTRACTUM PHYSOSTIGMATIS.

E **Seminibus Calabar**, subtiliter pulveratis, eodem modo, quo Extractum Belladonnæ parandum est, præterquam quod adhibetur **Spiritus concentratus**, **Aquæ destillatæ** *decimâ* sui parte dilutus.

Caute servandum est et ante dispensationem bene agitandum.

* ⚗ EXTRACTUM CANNABIS INDICÆ.

(Cfr Ph. Norv.)

Ex **Herba Cannabis indicæ** paratur ut Extractum Belladonnæ, sed adhibito **Spiritu concentrato**.

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.

(Ph. Norv.)

Kardbenediktextrakt.

Paratur, ut Extractum Absinthii, e **Foliis Cardui benedicti**.

* EXTRACTUM CASCARILLÆ.

Kaskarilleextrakt.

Ree. **Corticis Cascarillæ**, in pulverem erassum eontusi,, *partem unam*, . . 1.

Aquæ destillatæ bullientis *partes quatuor*. . 4.

Interdum agitata per horas viginti quatuor macerantur. Tum, liquore expressione sublato, residuum eum

Aquæ destillatæ bullientis. . . *partibus tribus* 3. itidem maceratur et liquor exprimitur.

Liquores eommixti, subsidendo et colando purificati, ad justam extracti spissitudinem rite rediguntur.

* EXTRACTUM CHAMOMILLÆ.

(Ph. Dan.)

Kamomilleextrakt.

Paratur e **Floribus Chamomillæ** eodem modo atque Extractum Absinthii.

* EXTRACTUM CINÆ.

Maskfrö-extrakt.

Ree. **Florum Cinæ** pulveratorum *partem unam*. . . 1.

In idoneo apparatu ope

Aetheris *partium quatuor* 4. extrahuntur. E liquore æthereo, per gossypium colato,

æther, usque dum quarta pars remaneat, destillatione evocatur; residuum vero loco tepido ad spissitudinem mellis recentis et usque quoad evanescat odor æthereus evaporare sinitur.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDUM COMPOSITUM.

loco EXTRACTI COLOCYNTHIDIS COMPOSITI ED. VI.

Sammansatt koloqvintextrakt.

Rec. **Pulpæ Colocynthidum**, minutim concisæ,
partes quinque, . . . 5.

Spiritus diluti. *partes quinquaginta. 50.*

Interdum agitanda macerantur in vase clauso per dies quinque; tum, expressione forti institutâ, liquor spirituosus filtratus evaporatione minuitur, donec remaneat tertia ejus pars. Huic residuo accuratissime admiscentur

Saponis albi hispanici pulverati

partes due, . . . 2.

Resinæ Scammonii pulveratæ

partes tres, . . . 3.

Aloës pulveratæ *partes decem, . . 10.*

quo facto mistio, assidue agitata, evaporando bene exsiccatur et tum pulveratur.

Pulveratis denique inter terendum additur

Seminum Cardamomi pulveratorum

pars una. 1.

* EXTRACTUM COLUMBO.

Rec. **Radicis Columbo**, in pulverem crassum contusæ, *partem unam*, . . . 1.

Spiritus tenuis *partes quatuor*. . . 4.

Per dies quinque macerata exprimuntur. Residuum cum

Spiritus tenuis *partibus duabus* . . 2.
iterum maceratur et exprimitur. Liquores spirituosus commixti et post subsidentiam filtrati evaporatione minuuntur, ut fiat extractum, eodem modo siccandum et servandum, quo Extractum Aloës.

‡ EXTRACTUM CONII.

(Ph. Dan.)

EXTRACTUM CONII SPIRITUOSUM ED. VI.

Odörtextrakt.

Ex **Herba Conii** eodem modo paratur atque Extractum Belladonnæ.

* ‡ EXTRACTUM DIGITALIS.

E **Foliis Digitalis** paratur eodem modo, quo Extractum Belladonnæ.

* EXTRACTUM DULCAMARÆ.

Paratur e **Stipitibus Dulcimaræ** ut Extractum Absinthii.

EXTRACTUM FILICIS.

(Ph. Norv.)

OLEUM FILICIS MARIS ED. VI.

E **Rhizomate Filicis**, recens collecto, siccato et pulverato, paratur ut Extractum Cinæ.

* EXTRACTUM FRANGULÆ.

Brakvedextrakt.

Eodem modo, quo Extractum Absinthii, e **Cortice Frangulæ** in pulverem erassum contuso paratum, optime, ut Extractum Aloës, exsiccatur et servatur.

EXTRACTUM GENTIANÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Baggsöte-extrakt.

Paratur e **Radice Gentianæ** ut Extractum Absinthii, nisi quod **Aqua destillata** frigida adhibetur.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

(Ph. Norv.: Extractum Glycyrrhizæ depuratum. — Ph. Dan.)

oleo EXTRACTI LIQUIRITIÆ ED. VI.

Lakritsextrakt.

Baculi **Extracti Glycyrrhizæ crudi** stratis altero alteri impositis, interjeeto stramine bene eloto, maeerantur in vase idoneo, loco frigido colloato, per triduum cum ea **Aquæ destillatæ** frigidæ copia, ut obtendantur. Liquore deinde per foramen vasis emisso, maceratio eum nova **Aquæ destillatæ** copia iteratur, quæ ab insolutis eodem modo separanda est; quo facto liquores, subsidendo depurati et per pannum laneum colati, ad justam extracti spissitudinem evaporant.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ CRUDUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LIQUIRIÆ SUCCUS ED. VI.

Lakrits.

E **Radice Glycyrrhizæ** recente coquendo cum aqua et evaporando paratum, nigrum, compactum, durum, in baculos subeylindratos redaetum.

Cave ne farinâ, dextrino aut aliis heterogeneis sit adulteratum.

§ EXTRACTUM HYOSCYAMI.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.)

EXTRACTUM HYOSCYAMI SPIRITUOSUM ED. VI.

Bolmörtextrakt.

E **Foliis Hyoseyami** eodem modo paratur, quo Extractum Belladonnæ.

* EXTRACTUM MENYANTHIS.

(Ph. Dan.)

EXTRACTUM TRIFOLII AQUATICI ED. VI.

Vattenklöfverextrakt.

E **Foliis Menyanthis** paratur eundem in modum, quo Extractum Absinthii.

EXTRACTUM MILLEFOLII.

Rölleka-extrakt.

Paratur e **Floribus Millefolii**, ut Extractum Absinthii.

§ § EXTRACTUM NUCIS VOMICÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Räfkake-extrakt.

E **Seminibus Nucis vomicæ**, ut Extractum Aconiti Tubercum, paratur extractum spissum, quod denique eodem modo, quo Extractum Aloës, exsiccatum.

In vitro, subere optime clauso, **caute** servetur.

EXTRACTUM POMORUM FERRATUM.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Extractum Pomii ferratum.*)

Rec. **Ferri** in filis minutis *partem unam*, 1.

Pomorum acidulorum, decorticatorum et in pulvem mollem contusorum, *partes decem*. 10.

Inter se mixta sæpius agitanda seponuntur loco tepido per dies octo vel decem, aut donec ferrum jam non solvi videatur, aquam evaporatione dissipatam restituendo; tum per horas quinque vel sex calori graduum 70—80 exponuntur.

Massæ tali modo obtentæ tantum **Aquæ destillatæ** bene admiscetur, ut habeas pulvem tenuiorem, post aliquot horas exprimendam. Residuo adjectâ aquâ denuo expresso, liquores juncti, quum et seponendo in loco frigido et colando depurati sunt, ad justam extracti spissitudinem evaporando rediguntur.

EXTRACTUM RATANHIÆ.

(*Ph. Dan.*)

loco EXTRACTI RATANHIÆ ED. VI.

Paratur e **Radice Ratanhiæ**, minutissime concisa, eodem modo, quo Extractum Gentianæ, sed maceratione per temporis spatium altero tanto majus continuatâ; præterea, ut ad Extractum Aloës dicitur, exsiccandum est.

EXTRACTUM RHEI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Rabarberextrakt.

Rec. **Radicis Rhei**, in talos minutos dissectæ et a pulvere suo liberatæ, . . . *partem unam*, . . . 1.

Aquæ destillatæ *partes quinque*. . . 5.

Maceratione per horas viginti quatuor factâ, liquor, expressione omissâ, defunditur et colatus ad syrupi spissitudinem statim evaporat. Quod dum fit, radix jam extracta cum

Aquæ destillatæ *partibus tribus* . . 3.

per horas duodecim denno maceratur, quo facto liquor prelo expressus, postquam subsederunt partes insolubiles, colatur et ad consistentiam syrupi, similiter ut supra dictum est, redigitur. E liquoribus spissatis commixtis paratur extractum siccum, ut ad Extractum Aloës dictum est.

* EXTRACTUM RHEI COMPOSITUM.

Vide appendicem.

‡ EXTRACTUM SECALIS CORNUTI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Mjöldryge-extrakt.

Rec. **Secalis cornuti** nuper pulverati *partem unam*, 1.

Aquæ destillatæ *partes tres*. . 3.

Per nycthemerum loco frigidulo macerantur interdum agitanda. Expressione deinde institutâ, residuum cum

Aquæ destillatæ *partibus duabus* . . 2.

iterum maceratur et exprimitur. Liquores commixti sine mora colantur et ad syrupi spissitudinem evapo-

rando statim rediguntur. Quæ tunc restant in lagenâ bene clausa et sæpius quassanda cum

Spiritus concentrati *parte una* . . l.
per horas viginti quatuor macerantur, quo facto liquor spirituosus filtratus ad justam extracti spissitudinem evaporare cogitur.

EXTRACTUM TARAXACI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Maskrosextrakt.

Radix Taraxaci cum **foliis** recens, primo vere collecta et bene mundata, conciditur et in mortario lapideo contunditur, ita ut, additâ **Aquæ destillatæ** sufficiente copiâ, fiat massa pultacea, quæ prelo fortiter exprimitur. Liquor inde profectus, donec partes albuminosæ coagulatæ sint, coctus et per pannum colatus, ad extracti justam spissitudinem evaporando redigitur.

EXTRACTUM VALERIANÆ.

Vändelrotextrakt.

Paratur e **Radice Valerianæ** eodem modo, quo Extractum Columbo, sed ad formam spissam tantummodo evaporatur.

* FARINA HORDEI PRÆPARATA.

(*Ph. Dan.*)

Rec. **Farinæ Hordei** *grammatum duo millia.*

Immittuntur in sacculum linteum firrum, ita colligandum, ut inter farinam et ligaturam nullum sit spatium. Tum sacculus in aheni, stanno obducto et aquâ fere repleto, ita suspenditur, ut aheni parietes nusquam attingat. Coquitur deinde aqua per tredecim vel qua-

tuordecim horas continuas, ahenò aquâ semper repleto; quo facto massa globosa e sacco in patinam exentitur, et stratum ejus exterius lubricum cultri ope amovetur. Massa vero interior, modico calore siccata, in pulverem conteritur et in vase bene clauso servatur.

FERRUM PULVERATUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Pulveriseradt jern.

Sit pulvis cinereus, ponderosus, haud palpabilis, qui acido hydrochlorato diluto solvatur, relictâ quam minimâ residui quasi carbonacei copiâ.

A sulphure, cupro, zinco et ferro oxidato liberum sit.

Servetur in vitris perparvis, probe siccis et epistomiis suberinis arctissime claudendis.

FILAMENTA LINTEI TRITI.

LINTEUM CARPTUM.

Repadt linne.

FLAVEDO AURANTII.

(*Ph. Norv.: Cortex Fructuum Aurantii. — Ph. Dan.: Cortex Fructus Aurantii.*)

Cortex Fructuum Aurantii, aquâ emollitus, cultri acuti ope ab albedine liberatur et deinde leni calore siccatur.

FLORES.

Flores indigeni ut primum explicantur colligendi sunt et, quum citius quam ceteræ plantarum partes mutantur, summâ diligentîâ loco umbroso siccandi.

Serventur flores omnes vel in seriniis ligneis vel in vasis metallicis, arete claudendis, ut et lux atque humiditas partesque pulverulentæ, quæ aëri insunt, quantum fieri potest defendantur, et suus cuique eolor, suus odor et sapor melius ac diutius constet.

FLORES ARNICÆ.

(*Ph. Norv. § Ph. Dan.*)

ARNICÆ FLORES ED. VI.

Hästfibleblommor.

Arnica montana *Lin.* **Synanthereæ.** Herba, radice perenni, Europæ et Americæ septentrionalis, præsertim in montosis crescens.

Flosculi peranthodio remoto.

FLORES CARYOPHYLLI.

(*Ph. Norv. § Ph. Dan.*)

CARYOPHYLLI ED. VI.

Kryddnejlikor.

Caryophyllus aromaticus *Lin.* **Myrtaceæ.** Arbor insularum moluccensium, in regionibus calidis culta.

Flores nondum explicati (alabastra).

FLORES CHAMOMILLÆ.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Flores Chamomillæ vulgaris.*)

CHAMOMILLÆ NOSTRATIS FLORES ED. VI.

Kamomillblommor.

Matricaria Chamomilla *Lin.* **Synanthereæ.** Herba annua in Svecia indigena.

Calathia.

FLORES CINÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CINA LEVANTICA ED. VI.

Maskfrö.

Artemisiæ species nondum satis determinatæ. **Synanthereæ.**

Calathia nondum explicata. Adhibeantur solummodo Flores Cinæ, qui dicuntur **levantici**, per Russiam advecti.

FLORES KUSSO.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Hagenia abyssinica Willd. (**Brayera anthelmintica Kunth**). **Rosaceæ.** Arbor in montibus Abyssiniæ creseens.

Paniculæ femineæ florentes. Ante dispensationem a ramulis crassioribus liberandæ sunt.

FLORES LAVANDULÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LAVANDULÆ FLORES ED. VI.

Lavendelblommor.

Lavandula officinalis Chaix (**L. Spica** *α* **angustifolia Lin.**). **Labiataæ.** Suffrutex Europæ australis, apud nos in hortis cultus.

Flores nondum plane explicati.

FLORES MILLEFOLII.

(Cfr Ph. Dan.: Herba Millefolii.)

MILLEFOLII SUMMITATES ED. VI.

Röllekablommor.

Achillea Millefolium *Lin.* **Synanthereæ.** Herba,
radice perenni, per totam Sveciam frequens.
Corymbi calathiorum florentium.

FLORES SAMBUCI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SAMBUCI FLORES ED. VI.

Fläderblommor.

Sambucus nigra *Lin.* **Caprifoliaceæ.** Frutex Sve-
ciæ meridionalis et mediæ indigenus, in hortis etiam
cultus.

Cymæ florentes, et siccatae et recentes vel sale
conditæ.

FLORES TANACETI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

TANACETI SUMMITATES ED. VI.

Renfaneblommor.

Tanacetum vulgare *Lin.* **Synanthereæ.** Herba,
radice perenni, in Svecia indigena.
Calathia.

FLORES TILLE.

(Ph. Dan.)

TILLE FLORES ED. VI.

Lindblommor.

Tilia vulgaris *Hayne*, **T. parvifolia** *Ehrhardt* (**T. ulmifolia** *Scopoli*) et **T. grandifolia** *Ehrhardt* (**T. platyphyllos** *Scopoli*). **Tiliaceæ**. Arbores in Sveicia indigenæ et sæpius cultæ.

Cymæ florentes, una cum bracteis.

FLORES VERBASCI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

VERBASCI FLORES ED. VI.

Kungsljusblommor.

Verbascum Thapsus *Lin.*, **V. thapsiforme** *Schrad-*
der et **V. phlomoides** *Lin.* **Personatæ**. Herbæ radice bienni: **V. Thapsus** sat frequens, **V. thapsiforme** et **V. phlomoides** raro in Sveeia ocurrentia.

Corollæ a calyceibus liberatæ; optime siccatae in vasis metallicis siccissimis et diligenter claudendis servantur.

FOLIA.

Folia plantarum, quæ apud nos indigenæ sunt vel cultæ, bene explieata, plerumque eo ipso tempore, quo planta florere incipit, colliguntur; narcotica, ut *Hyoscyami*, *Digitalis*, cct. singula inter se disjuncta, cetera tenuibus stratis diffusa vel in parvos fasciculos colligata, loco umbroso siccantur.

Ut de Floribus monitum est servantur.

§ FOLIA BELLADONNÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

BELLADONNÆ FOLIA ED. VI.

Belladonnablåd.

Atropa Belladonna *Lin.* **Solanaceæ.** Planta, radice perenni, in montosis et silvaticis Europæ mediæ et australis spontanea, apud nos interdum culta.

Folia plantæ florecentis.

* FOLIA BUCCO.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

BUCCO FOLIA ED. VI.

Buccoblåd.

Barosma crenata *Kunze*, **B. crenulata** *Hooker*, **B. betulina** *Bartling*, **B. serratifolia** *Willdenow* et **Empleurum serrulatum** *Aiton.* **Diosmeæ.** Frutices in promontorio Bonæ Spei indigeni.

FOLIA CARDUI BENEDICTI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

CARDUI BENEDICTI FOLIA ED. VI.

Kardbenediktblad.

Cnicus benedictus *Gartner* (**Centaurea benedicta** *Lin.*). **Synanthereæ.** Herba annua in regionibus mediterraneis, præsertim Græcia, spontanea, in hortis Sveciæ culta.

Folia de planta florecente colligenda.

♂ FOLIA DIGITALIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

DIGITALIS FOLIA ED. VI.

Fingerborgörtblad.

Digitalis purpurea *Lin.* **Personatæ.** Herba bien-
nis, in montosis Europæ mediæ et Norvegiæ meridio-
nalis spontanea, apud nos in hortis sæpe culta.

Folia plantæ floreseentis.

FOLIA HYOSCYAMI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

HYOSCYAMI FOLIA ED. VI.

Bolmörtblad.

Hyoscyamus niger *Lin.* **Solanaceæ.** Herba bien-
nis, in Svecia indigena.

Folia, quum planta florescit, colligenda nec ultra
annum servanda.

FOLIA MENYANTHIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

TRIFOLII AQUATICI FOLIA ED. VI.

Vattenklöfverblad.

Menyanthes trifoliata *Lin.* **Menyantheæ.** Planta
perennis, in paludibus Sveciæ frequens.

FOLIA NICOTIANÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Tobakblad.

Nicotiana Tabacum *Lin.* **Solanaceæ.** Herba an-
nua, in America calidiori spontanea, in Svecia culta.

Folia venalia, quæ **virginiana** vocantur.

FOLIA ROSMARINI.

ROSMARINI FOLIA ED. VI.

Rosmarinblad.

Rosmarinus officinalis *Lin.* **Labiatae.** Suffrutex
Europæ meridionalis.

FOLIA SALVIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SALVIÆ FOLIA ED. VI.

Salvieblad.

Salvia officinalis *Lin.* **Labiatae.** Suffrutex in
Europa australi indigenus, in Svecia cultus.

Folia antequam flores explicentur colligenda.

FOLIA SENNÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SENNÆ ALEXANDRINA ED. VI.

Sennablاد.

Cassia lenitiva *Bischoff.* **Cæsalpinieae.** Suffrutex
in Ægypto et Nubia indigenus.

Folia, quæ vocantur **alexandrina**, a stipitibus et
leguminibus immixtis et a fragmentis foliorum parvis
quantum fieri potest liberata.

⚞ FOLIA STRAMONII.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

STRAMONII FOLIA ED. VI.

Spikklubbeblad.

Datura Stramonium *Lin.* **Solanaceae.** Herba an-
nua orientalis, in Svecia passim quasi indigena.

Folia plantæ florecentis, **ultra annum non ser-
vanda.**

FOLIA UVÆ URSI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

UVÆ URSI FOLIA ED. VI.

Mjölonrisblad.

Arctostaphylos Uva ursi *Sprengel* (**Arbutus Uva ursi** *Lin.*). **Ericineæ**. Frutex nanus, sempervirens, in silvaticis Sveciæ indigenus.

Folia æstate colligenda.

FRUCTUS ANISI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ANISI SEMINA ED. VI.

Anis.

Pimpinella Anisum *Lin.* **Umbelliferæ**. Herba annua, in regione mediterranea orientali indigena, in Europa culta.

Diachenia plane matura, siccata.

FRUCTUS ANISI STELLATI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ANISUM STELLATUM ED. VI.

Stjernanis.

Illicium anisatum *Lin.* var. **Magnoliaceæ**. Arbor Asiæ orientalis.

Carpella drupacea, matura.

FRUCTUS AURANTII IMMATURI.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Fructus Aurantii immaturus.)

AURANTII FRUCTUS IMMATURI ED. VI.

Pomeransknopp.

Citrus vulgaris *Risso* (**C. Aurantium** *Lin.* var. **amara**). **Aurantiaceæ.** Arbor Asiæ orientalis et meridionalis, in regionibus calidioribus ubique fere culta.

Baccæ immaturæ siccatae.

FRUCTUS CANNABIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CANNABIS SEMINA ED. VI.

Hampfrö.

Cannabis sativa *Lin.* **Cannabineæ.** Herba annua Indiæ orientalis, inter nos culta.

Nuculæ.

FRUCTUS CAPSICI.

(Ph. Dan.)

PIPER HISPANICUM ED. VI.

Spansk peppar.

Capsicum annuum *Lin.* **Solanaceæ.** Herba annua, in America calida et in India occidentali indigena, in Europa australi et media culta.

Baccæ submaturæ, siccatae, quibus quum uti opus fuerit, abjiciantur semina.

FRUCTUS CARVI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CARVI SEMINA ED. VI.

Kummin.

Carum Carvi *Lin.* Umbelliferæ. Herba, radice bienni, in Svecia frequenter spontanea.

Diachenia matura, siccata.

* FRUCTUS CITRI.

(Ph. Dan.)

CITRI FRUCTUS ED. VI.

Citron.

Citrus Limonum *Risso* (**C. medica** *Lin.* var. **Limonum**). Aurantiacæ. Arbor Asiæ calidioris, in Europa australi culta.

Baccæ recentes. Mucidæ, putridæ vel maculis nigris notatæ rejiciantur.

FRUCTUS CORIANDRI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CORIANDRI SEMINA ED. VI.

Koriander.

Coriandrum sativum *Lin.* Umbelliferæ. Herba annua regionis mediterraneæ.

Diachenia matura, siccata.

FRUCTUS CUBEBÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CUBEBÆ ED. VI.

Kubeber.

Cubeba officinalis *Miquel* (**Piper Cubeba** *Lin. fil.*).
Piperaceæ. Frutex scandens insulæ Javæ, spontaneus
 et cultus.

Drupæ submaturæ, siccatae.

FRUCTUS FOENICULI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

FOENICULI SEMINA ED. VI.

Fenkål.

Foeniculum officinale *Allioni* (**Anethum Foeni-**
culum *Lin.*). **Umbelliferæ.** Herba, radice perenni,
 in Europa meridionali indigena, in hortis Sveciæ culta.

Diaehenia matura, siccata.

FRUCTUS JUNIPERI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

JUNIPERI BACCÆ MATURÆ ED. VI.

Enbär.

Juniperus communis *Lin.* **Coniferæ.** Frutex vel
 arbuseula Sveciæ frequens.

Galbuli maturi. Virides, fusci vel cani rejiciendi
 sunt.

FRUCTUS LUPULI.

(Ph. Norv.)

LUPULI STROBILI ED. VI.

Humlekottar.

Humulus Lupulus *Lin.* **Cannabineæ.** Planta rediviva, in Svecia indigena et culta.

Strobili maturi, **ultra annum non servandi.**

FRUCTUS MYRTILLI.

MYRTILLI BACCÆ ED. VI.

Blåbär.

Myrtillus nigra *Gilibert* (**Vaccinium Myrtillus** *Lin.*). **Ericineæ.** Frutex nanus, in Svecia vulgaris.

Baccæ maturæ, siccatae.

* FRUCTUS PETROSELINI.

(Ph. Dan.)

PETROSELINI SEMINA ED. VI.

Persiljefrön.

Petroselinum sativum *Hoffmann* (**Apium Petroselinum** *Lin.*). **Umbelliferæ.** Herba, radice bienni, in regione mediterranea orientali indigena, in hortis Sveciæ culta.

Diachenia matura, siccata.

FRUCTUS PHELLANDRII.

(Ph. Dan.)

PHELLANDRII SEMINA ED. VI.

Stäkröfrön.

Oenanthe Phellandrium *Lamarck* (**Phellandrium aquaticum** *Lin.*). **Umbelliferæ.** Herba, radice bienni, in paludibus Sveciæ frequens. Diachenia matura siccata.

* FRUCTUS VANILLÆ.

VANILLÆ SILIQUÆ ED. VI.

Vanilj.

Vanilla planifolia *Andrews.* **Orchideæ.** Frutex scandens mexicanus.

Capsulæ non plane maturæ, siccatae.

FRUCTUS VITIS MINUTÆ.

PASSULÆ MINORES ED. VI.

Korinter.

Vitis minuta *Risso* (**V. vinifera** var. **apyrena** *Lin.*).
Ampelideæ. Frutex sarmentosus, in Græcia et insulis ionicis cultus.

Baccæ siccatae.

FULIGO SPLENDENS.

Glanssot.

Sumatur e caminis, ubi ignis ligno, nec lithan-
thrace vel cæspite caminario alitus fuerit.

GALLÆ.

(Ph. Dan.)

GALLÆ TURCICÆ ED. VI.

Galläpplen.

Excrescentiæ ictibus **Cynipis Gallæ tinctoriæ** *Olivier* in gemmis ramulisque **Quercus infectoriæ** *Olivier* et aliarum specierum affinium ortæ.

Adhibeantur quæ **aleppenses** vocantur.

GELATINA ALBA.

(Ph. Norv.)

Hvit gelatin. Hvitt lim.

Sit pellucida, odoris et coloris fere expers.

GELATINA CARAGHEEN.

*(Ph. Norv.)*Rec. **Caragheen** coneisi *partes sex*, . . 6.**Aquæ** tantum, ut, eoquendo per horæ quadrante-
tem, fiat colatura, quæ, solutis in ea**Sacchari albi** *partibus octo*, . . 8.
pondus habeat *partium centum*. 100.

Refrigerando fit gelatina.

Nisi requisita ne paretur.

GELATINA LICHENIS ISLANDICI.

*(Ph. Norv.)*Rec. **Lichenis islandici eloti** coneisi*partes sedecim*, . . 16.**Aquæ** *partes ducentas*. . 200.Coquantur usque dum remaneat colatura expressa
partium centum, . 100.

quæ loco frigido, ut fiat gelatina, seponitur.

Ex tempore paretur.

GEMMÆ PINI.

PINI TURIONES ED. VI.

Tallstrunt.

Pinus silvestris *Lin.* **Coniferæ.** Arbor in Svecia
indigena.Primo vere colligendæ sunt et cito siccandæ. In
vasis bene clausis et a luce remotis, **nec ultra annum**,
serventur.

GLACIES.

Is.

* GLANDULÆ KAMALA.

Vide appendieem.

* GLANDULÆ LUPULI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LUPULINUM.

E **Fructibus Lupuli**, recens siccatis, ope eribri setacei separatae in vase bene obturato absque lucis accessu, **nec ultra annum**, servantur.

GLOBULI MARTIALES.

(Cfr Ph. Dan.: Tartras ferroso-ferrico-kalicus.)

Stålkulor.

Rec. **Ferri pulverati** *partem unam*, . . . 1.
Bitartratis kalici depurati pulverati
partes septem, . . . 7.
Aquæ *partes centum*. . . 100.

In vase figulino inter continuam agitationem equuntur, donec massa residua sicea appareat, ex qua pulverata, adjeetâ aquæ portiunculâ, formantur globuli ponderis *grammatum triginta* (30).

Sint homogenei, coloris e subviridi nigri, superfiei lævis, in aqua frigida ex maxima parte solubiles.

Siccati servantur in vase bene clauso.

GLYCERINUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Glycerin.

Sit limpidum, coloris et odoris expers, reactionis neutrius, ponderis specifici 1,23—1,25 in aëre ignitum residuum nisi valde exiguum non relinquens. In aquæ et spiritus concentrati qualibet copia perfecte solvatur.

Cave ne oxido ealeieo aut oxido quodam metallico inquinatum sit, neve saccharinâ quâdam materiâ aut gummosâ adulteratum.

Servetur in lagena optime elausa.

GRAPHITES.

Blyerts.

Pulveratus et a materiis heterogeneis quantum fieri potest liber.

GUMMI ARABICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Arabiskt gummi.

Plures **Acaciæ** species, ut **A. Verek** *Guill. & Perr.* cet. **Mimoseæ**. Arbores vel frutices Arabiæ, Nubiæ et terrarum adjaeentium.

Succus e rimis corticis exsudans, in aëre induratus.

Sit album vel coloris expers, semipellucidum, rimis parvis numerosis fragile.

GUMMI-RESINA AMMONIACUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

GUMMI AMMONIACUM ED. VI.

Ammoniak-gummi.

Dorema ammoniacum *Don.* **Umbelliferae.** Planta perennis, in Persia et in desertis circa laeum Aral indigena.

Sueus laeteus e planta florente sponte prodiens, in aëre induratus. In granis seu lacrimis, vel distinctis vel leviter eonglutinatis, usurpetur; rejiciendæ sunt massæ compactæ, fusæ, quisquiliis intermixtæ.

GUMMI-RESINA ASA FOETIDA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ASSA FOETIDA ED. VI.

Dyffelsträck.

Scorodosma foetidum *Bunge* et **Narthex Asa foetida** *Falconer.* **Umbelliferae.** Plantæ perennes; illa Buchariam et partem septentrionalem Persiæ habitans, hæc in Persia orientali indigena.

Sueus lacteus e radicibus et caulis partibus inferioribus sauciatis effluens, aëre induratus. Grana vel inter se conglutinata vel massæ subfusæ intermixta, fracturâ recente albidâ, mox purpurascente, tum demum fusceseente. Rejiciantur massæ homogeneæ, intus fusæ, vel quæ lapillis aliisque sordibus mixtæ sint.

GUMMI-RESINA GALBANUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

GALBANUM ED. VI.

Ferula galbaniflua *Boiss. & Buh.* et **F. rubri-caulis** *Boiss.* **Umbelliferae.** Planta perennis, in regionibus montosis septentrionalibus Persiæ occidentalis indigena.

Succus lacteus e planta sponte prodiens, in aëre durescens. Grana, aut singula inter se disjuncta aut conglutinata, coloris flavescentis vel e rubente flavi vel e viridescente fusei. Rejiciendæ sunt massæ compactæ.

GUMMI-RESINA GUTTA.

(Ph. Dan.)

GUMMI GUTTA ED. VI.

Gummi-gutta.

Garcinia Morella *Desrousseau* var. **pedicellata**. **Guttiferæ**. Arbor siamensis, in peninsula malaeensi eulta.

Succus laeteus arboris læsæ, exsiccatus. Adhibeantur frusta cylindrata, fracturâ lævi, nitente, homogeneâ.

GUMMI-RESINA MYRRHA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

MYRRHA ELECTA ED. VI.

Myrrha.

Balsamodendron Ehrenbergianum *Berg* et **B. Opobalsamum** *Kth.* **Burseraceæ**. Arbores Arabiae et Africae orientalis mediae.

Succus e cortice sponte prodiens, aëre tandem induratus. Adhibeatur Myrrha, quæ dicitur **electa**, rejeetis frustis coloris obscurioris vel alienæ originis.

GUMMI-RESINA OLIBANUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

OLIBANUM ED. VI.

Wirak.

Boswellia Carterii *Birdw.* et forsan aliæ **Boswelliæ** species. **Burseraceæ**. Arbores regionum litoralium Africae orientalis mediae et Arabiae australis.

Succus e rimis corticis stillans, in aëre induratus.

* GUTTA PERCHA ALBA.

Isonandra Gutta *Hooker*. **Sapotaceæ**. Arbor insularum Indiæ orientalis.

Succus laeteus arboris sauciatae, aëre inspissatus, solutione et præcipitatione depuratus.

Servetur in aqua, loco obscuro.

HEPAR SULPHURIS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SUPERSULPHURETUM KALICUM ED. VI.

Svafvelfver.

Rec. **Sulphuris sublimati** *partem unam*, 1.

Carbonatis kalici depurati . . *partes duas*. . 2.

Commixta in olla ferrea, opereulo prædita et ad trientem solummodo replenda, leni igne calefiunt, usque dum massa liquata, interdum agitanda, tranquille fluat. Tum paullum refrigerata in mortarium ferreum, oleo illitum et mox obtegendum, effunditur ut plane refrigerescat; quo facto in frusta contunditur et in vitris optime clausis servatur.

Sit coloris e viridi flavi, in aqua, excepto residuo parvo, facile solubilis, solutionem flavam efficiens.

HERBÆ.

Quod de Foliis præscriptum est, id etiam ad Herbas colligendas, siecandas, servandas pertinet.

HERBA ABSINTHII.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ABSINTHII SUMMITATES ED. VI.

Malört.

Artemisia Absinthium *Lin.* **Synanthereæ.** Planta perennis, Sveciæ indigena.

Inflorescentia plantæ florentis cum foliis floralibus, parte caulis inferiore exemptâ.

* ♂ HERBA CANNABIS INDICÆ.

Indisk hampa.

Cannabis sativa *Lin.* var. **indica.** **Cannabineæ.** Planta annua Indiæ orientalis.

Ramuli plantæ femineæ florentes, foliati, partim jam fructiferi, massâ resinosâ conglutinati.

HERBA CEREFOLII.

CEREFOLII HISPANICI HERBA ED. VI.

Spansk körfvel.

Myrrhis odorata *Scopoli.* **Umbelliferæ.** Planta perennis, in Europæ australis et mediæ regionibus montosis indigena, apud nos culta et passim quasi spontanea.

Herba antequam florescat colligenda.

HERBA CONII.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CONII HERBA ED. VI.

Odört.

Conium maculatum *Lin.* **Umbelliferæ.** Planta biennis indigena, passim frequentissima.

Herba paullo antequam florescat in locis apricis colligenda et a caule ramisque validioribus liberanda. **Ultra annum ne servetur.**

* HERBA GRATIOLÆ.

GRATIOLÆ HERBA ED. VI.

Jordgalla.

Gratiola officinalis *Lin.* **Personatæ.** Planta perennis, per totam fere Europam mediam et australem spontanea.

Herba florens.

HERBA HYSSOPI.

HYSSOPI HERBA ED. VI.

Isop.

Hyssopus officinalis *Lin.* **Labiatae.** Suffrutex Europæ australis, apud nos cultus.

Partes superiores plantæ florentis.

HERBA LEDI.

ROSMARINI SYLVESTRIS SUMMITATES ED. VI.

Getpors. Squattram.

Ledum palustre *Lin.* **Ericineæ.** Suffrutex in paludibus cæspitosis Sveciæ frequens.

Turiones cum floribus vix explicatis colligendi.

* ♀ HERBA LOBELIÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Lobelia inflata *Lin.* **Lobeliaceæ.** Planta annua in America septentrionali indigena.

Herba florens, qualis in fascibus valde compressis, quadrangulis, ad nos advehitur.

* HERBA MATICO.

Piper angustifolium *Ruits & Pav.* Piperaceæ.
Planta peruviana.

Folia cum spadicibus et frustulis caulium immixtis, plerumque in placentis compressis ad nos advecta.

HERBA MELILOTI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MELILOTI HERBA ED. VI.

Meloten.

Melilotus officinalis *Willdenow.* Papilionaceæ.
Planta biennis, in Svecia passim indigena.

Rami florentes.

HERBA MELISSÆ.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Folia Melissa.*)

MELISSÆ CITRINÆ HERBA ED. VI.

Citronmeliss.

Melissa officinalis *Lin.* α **citrata** *Bischoff.* Labiata. Planta perennis, in Europa media et australi spontanea, apud nos culta.

Partes superiores plantæ floresentis.

HERBA MENTHÆ CRISPÆ.

(*Ph. Dan.: Folia Mentha crispæ.*)

MENTHÆ CRISPÆ HERBA ED. VI.

Krusmynta.

Mentha crispata *Lin.* (**M. aquatica** *Lin.* var. **crispata**). Labiata. Planta perennis. *Mentha aquatica*

Lin. indigena; forma ejus crispa colendo orta et apud nos culta.

Aliarum quoque **Menthæ** specierum formas crispas adhibere licet, quales sunt **M. crispata** *Schrader* (e **M. viridi** *Lin.*), **M. undulata** *Willdenow* (e **M. silvestri** *Lin.*), cet.

Herba florescens, caulibus ramisque grandioribus rejectis.

HERBA MENTHÆ PIPERITÆ.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Folia Menthæ piperitæ.*)

MENTHÆ PIPERITIDIS HERBA ED. VI.

Pepparmynta.

Mentha piperita *Lin.*, et forma **hirsuta** *Bischoff* et forma **glabrior** *Bischoff*. **Labiatae**. Planta perennis Angliæ, apud nos culta.

Herba florescens, rejectis caulibus et ramis majusculis.

HERBA THYMI.

THYMI HERBA ED. VI.

Timian.

Thymus vulgaris *Lin.* **Labiatae**. Suffrutex Europæ australis, apud nos cultus.

Partes superiores plantæ florecentis.

* HERBA VIOLÆ TRICOLORIS.

(*Ph. Dan.*)

VIOLÆ TRICOLORIS HERBA ED. VI.

Styfnorsblomma.

Viola tricolor *Lin.* **Violarieae**. Planta in Svecia indigena.

Herba florens.

HIRUDINES.

(Ph. Dan.: Hirudo.)

Blodiglar.

Sanguisuga medicinalis *Savigny* et **S. officinalis** *Savigny*. **Articulata, Annulata.** Species prior in aquis stagnantibus Sveciæ occurrit, posterior Europam australem habitat.

Animalia viva, quæ antea ad sugendum non sint adhibita.

HYDRARGYRUM CRUDUM.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Hydrargyrum venale.)

HYDRARGYRUS VEL MERCURIUS VIVUS ED. VI.

Qvicksilfver.

Ematur quod nitidum est et portionem minimam metallorum alienorum continet.

HYDRARGYRUM CUM CRETA.

Rec. **Hydrargyri depurati** *partem unam*, . . 1.

Carbonatis calcici cretacei præparati

partes duas. . . . 2.

In mortario porcellaneo assidue conteruntur, donec hydrargyrum perfecte extinctum fuerit.

Hujus præparati quantitas tantummodo parva conficienda est et servanda.

HYDRARGYRUM DEPURATUM.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Hydrargyrum.)

loco HYDRARGYRI DESTILLATI ED. VI.

Renadt qvicksilfver.

Rec. **Hydrargyri crudi** *partes centum*, 100.

Acidi nitrici, 3.

Aquæ destillatæ, singulorum

partes tres. . . 3.

Lagenæ satis firmæ inmissa macerantur per dies tres vel quatuor, sæpissime fortiterque conquassata. Liquido deinde remoto, metallum residuum **Aquâ destillatâ**, primum **Acido nitrico** acidulatâ, dein purâ, optime eluitur; tum sollicitè siccatum per cucullum chartaceum perfunditur et in vitro obturato servatur.

Sit plane siccum, superficiei semper splendentis. Quum in acido nitrico solutum fuerit et solutio illa ad siccum evaporata, residuum ignitum omne avolet.

§ HYDRAS CHLORALICUS.

Vide appendicem.

HYDRAS FERRICO-MAGNESICUS.

(Cfr Ph. Dan.: Antidotum Arsenici.)

ANTIDOTUM ARSENICI.

Rec. **Oxidi magnæsici levis** *partes septem, . . . 7.*
Chlorete ferrici *partes viginti tres, . 23.*
Aquæ destillatæ *partes ducentas septuaginta. 270.*

Oxidum magnæsicum, cum dimidia circiter aquæ copia contritum, additur chloreto in reliqua parte aquæ soluto et in lagenam satis amplam infuso; quo facto fortiter et sedulo conquassantur, donec puls æquabilis et tenuis provenierit.

Non est nisi ad dispensationem parandus.

HYDRAS FERRICUS.

(Ph. Norv.)

loco SUBCARBONATIS FERRICO-FERROSI ED. VI.

Jernoxidhydrat.

Rec. **Acidi sulphurici concentrati** *partes duas, . . 2.*
Sulphatis ferrosi, 10.
Aquæ destillatæ, singulorum *partes decem. 10.*

In vase vitreo vel porcellaneo amplo inter agitan-
dum calefiunt, usque dum soluta ebulliant; tum sensim
admiscuntur

Acidi nitrici *partes tres* . . 3.
vel tantum, ut oxidi ferrosi nihil supersit, id quod inde
agnoscitur, quod portiuncula exempta solutionem hy-
permanganatis kalici jam non decolorat.

Liquor tali modo effectus, refrigeratus et cum
Aquæ destillatæ quadruplo dilutus, sensim additur
mitioni ex

Solutionis Ammoniaci *partibus viginti quinque* 25.
et **Aquæ destillatæ** . . . *partibus quinquaginta* . 50.
confectæ, quæ interea sedulo agitanda est. Præcipita-
tum hinc ortum primum in vase, **Aquâ destillatâ** haud
calidâ, iteratis vicibus affusâ et post subsidentiam de-
fusâ lavatur, dein filtro collectum perfecte eluitur et
cautissime expressum calore lenissimo (gradus 30—40
non superante) siccatur. Postremo subtiliter pulvera-
tum in vase bene clauso, non pellucido, servatur.

Sit pulvis fuscus, cum acido hydrochlorato diluto
solutionem limpidam efficiens, quæ addito chloreto ba-
rico paullum modo turbetur, et, aquâ dilutior facta,
cum cyaneto ferrico-kalico nullum edat præcipitatum
cæruleum.

HYDRAS KALICUS.

(*Ph. Norv. § Ph. Dan.*)

Kalihydrat. Kaustikt kali.

Sit fusus, bacillos albos et siccos exhibens, et
copiam salium immixtorum tam parvam contineat, ut
solutio cum duabus aquæ partibus parata, si ejus qua-
druplum spiritus concentrati admiscueris, perexiguum
tantummodo præcipitatum vel sedimentum præbeat.

In vasis parvis, iisdemque optime obturatis, ser-
vetur.

* HYDRATOCARBONAS FERROSUS
SACCHARATUS.

(Ph. Dan.)

Rec. **Bicarbonatis natrici** *partes tres*, . . . 3.
Aquæ destillatæ, coquendo ab aëre inhæ-
rente liberatæ atque etiannunc fervidæ,
partes quadraginta. 40.

In lagenam satis amplam immissis et eam quas-
sando solutis additur inter agitandum solutio confecta e
Sulphatis ferrosi *partibus quatuor* . . . 4.
et **Aquæ destillatæ** ferventis
partibus quindecim, 15.

quo facto lagena

Aquâ destillatâ fervidâ

statim tota impletur et bene obturata per horas aliquot
seponitur. Tunc liquor supernatans siphonis ope a sedi-
mento deposito separatur, quod, **Aquam destillatam**
fervidam iterum iterumque affundendo et siphonis ope
defundendo, in lagena prorsus replenda et bene obtu-
randa eluitur, donec liquor chloreto barico vix turbetur.

Præcipitatum tali modo elotum colo linteo quam
citissime colligitur, inter chartæ bibulæ plagulas expri-
mitur atque etiannunc humidum eum

Sacchari albi pulverati . . . *partibus quatuor* 4.
in patina porcellanea sine mora miscetur; dein ope
balnei aquæ bullientis exsiccat, omissâ quantum fieri
potest mistionis agitatione. Residuum siccum tandem
pulveratur et in lagunculas optime obturandas mox
ingeritur servandum.

Sit pulvis e viridi griseus, sulphate, quantum fieri
potest, vacuus, qui addito acido hydrochlorato diluto
valde effervescat.

HYDRATOCARBONAS MAGNESICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

MAGNESIA ALBA ED. VI.

Hvit magnesia.

Sit levissimus, coloris albissimi; chlori, acidi sulphurici vel oxidi calcici nisi vestigia non exhibens.

Ad usum per cribrum subtile trajiciendus est.

HYDRATOCARBONAS PLUMBICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CERUSSA ALBA ED. VI.

Blyhvitt.

Cave ne carbonate calcico, sulphatibus plumbico, barico vel calcico, aliisve heterogeneis inquinatum aut adulteratum sit.

Ante usum semper per cribrum subtile trajiciendus est.

HYPERMANGANAS KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Öfvermangansyradt kali.

Crystalli aciculares, coloris atropurpurei vel nigri, splendoris metallici, in aquæ partibus sedecim solubiles.

* HYPOSULPHIS NATRICUS.

Undersvafvelsyrligt natron.

Crystalli coloris expertes, aëre non mutabiles, quæ in aqua facile sint solubiles, in spiritu nequaquam solvantur. Sint a sulphureto et carbonate natricis plane puræ, a sulphate quantum fieri potest liberæ.

* INDIGO.

Indigoferæ species variæ. **Papilionaceæ.** Plantæ Indiæ orientalis et occidentalis.

Pigmentum fermentatione paratum, pure caruleum, in aqua, spiritu, æthere, oleis haud solubile; residuum combustionem ortum decimam partem paululum tantum superet.

INFUSA.

Fiunt infusa, nisi aliter præcipitur, **Aquam destillatam** fervidam affundendo substantiis præscriptis, rei convenienter comminutis et in vase idoneo e stanno puro, vitro, vel massa porcellanea confecto, collocatis; quo autem evitetur nimia aquæ fervidæ inter affundendum refrigeratio, præsertim ubi copia ejus minor est, rite agitur, si vas, aquam ferventem affundendo, circumagitando, effundendo denique, ante præparationem infusi calefacias. Maceratione deinde per præscriptum temporis spatium peractâ (quæ dum fit vas operculo clausum subinde agitur), infusum leniter exprimendo colatur et post tempus aliquod a sedimento forsân depositum defunditur.

Major ne adhibeatur aquæ quantitas, quam quæ ad colaturam præscriptam efficiendam sit necessaria; sin autem colatura pondus præscriptum non explet, substantiæ residuæ aquâ fervidâ humectandæ sunt et iterum exprimendæ, ita ut colaturam habeas ponderis debiti.

Quum in præscripto medici nihil aliud dicitur, talis in infusis simplicibus præparandis ratio tenenda est, ut ex *una* (1) *substantiæ parte* habeas, post macerationem *per horam*, *colaturæ partes decem* (10); quod tamen ad substantias majoris efficaciam non pertinet, quarum copia a medico semper est definienda.

INFUSUM PYROLEI PINI.

(Ph. Norv.: *Aqua Pyrolei Pini.*)

AQUA PICEA ED. VI.

Rec. **Pyrolei Pini**. *partem unam*, 1.
Aquæ destillatæ fervidæ . . . *partes decem*. 10.
 Lagenæ claudendæ immissa subinde conquassantur,
 donec refrixerint; deinde, quum subsederunt partes in-
 solubiles, liquidum defusum per chartam colatur.

INFUSUM RHEI ALKALINUM.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: 25 ad 200.)

LOEO INFUSI RHEI ED. VI.

Rec. **Radicis Rhei**, in talos minutos scissæ et a
 pulvere suo liberatæ, . . . *partes decem*, . . . 10.
Carbonatis natrici *partes duas*, . . . 2.
Aquæ destillatæ frigidæ tantum, ut, mae-
 ratione per horas duodecim continuatâ, habeas co-
 laturam. *partium centum*. 100.

Huic colaturæ adduntur

Spiritus concentrati. *partes ducentæ*. 200.

Bene mixta in lagenâ claudenda per horas viginti
 quatuor seponuntur; deinde filtrantur.

E liquore spirituosissimo, ita effecto, destillatione eli-
 ciuntur *partes ducentæ* (200); residuum vero in vas
 idoneum effunditur et in balneo aquæ bullientis calefit,
 donec spiritus omnis fugatus sit, quo facto tanta **Aquæ**
destillatæ fervidæ copia admiscetur, ut pondus infusi
partium centum (100) restituatur.

Lagenis non magnis, aquâ fervente intus nuper
 lotis, statim infundatur, quæ totæ repletæ optime obtu-
 rentur et loco frigido serventur.

INFUSUM ROSÆ ACIDULUM.

Rec. **Acidi sulphurici diluti** *partes duas*, . . . 2.

Petalorum Rosæ gallicæ . . . *partes tres*, . . . 3.

Aquæ destillatæ fervidæ tantum,

ut, maceratione in vase vitreo ocluso per horam dimidiam institutâ, fiat colatura tanti ponderis, ut, solutis in ea

Sacchari albi *partibus octo*, 8.
infusum habeas *partium ducentarum*. 200.

INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

loco INFUSI SENNÆ COMPOSITI ED. VI.

Rec. **Fructuum Coriandri** *partes duas*, . . . 2.

Fructuum Vitis minutæ. *partes quinque*, 5.

Foliorum Sennæ *partes decem*, . 10.

Aquæ destillatæ fervidæ tantum,

ut, maceratione per horam factâ, fiat colatura tanti ponderis, ut, solutis in ea

Tartratis natrico-kalici . . . *partibus quinque* 5.
et **Mannæ**. *partibus viginti*, 20.
infusum, iterum colatum, pondus habeat
partium centum. . . . 100.

⚞⚞ IODETUM HYDRARGYRICUM PRÆCIPITATUM.

(*Ph. Dan.: Jodetum hydrargyricum rubrum.*)

JODETUM HYDRARGYRICUM ED. VI.

Fäld qvicksilfverjodid.

Rec. **Iodeti kalici** *partes quinque*, . . . 5.

Aquæ destillatæ *partes viginti*. . . . 20.

Solutis et filtratis additur, baculo vitreo agitandis, solutio filtrata e

Chloreti hydrargyrici corrosivi

partibus quatuor . . . 4.

et **Aquæ destillatæ** *partibus centum . . . 100.*
confecta. Præcipitatum hinc natum filtro colligitur et, **Aquâ destillatâ** bene ablutum, leni calore siccatur.

Pulvis coccineus, qui in spiritus concentrati frigidi partibus circiter centum et triginta, ferventis vero quindecim, in aqua vix solvatur. Ignitus nihil residui relinquat. Cave ne chloreto hydrargyrico neve iodeto kalico inquinatus sit.

In vase bene clauso **caute** servetur.

⚗ **IODETUM HYDRARGYROSUM.**

(*Ph. Dan.: Jodetum hydrargyrosum flavum.*)

Qvicksilfverjodur.

Rec. **Hydrargyri depurati** *partes octo, . . . 8.*

Iodi *partes quinque. 5.*

In mortario porcellaneo diligenter conteruntur, additis per vices **Spiritus concentrati** tot guttis, ut mixta semper humida sint, usque dum hydrargyrum disparuerit et massa colorem e flavo viridem duxerit. Tum **Spiritu concentrato**, quamdiu is aliquid solvit, abluitur; denique lenissimo calore sine lucis accessu siccatur.

Cavendum ne majores simul hydrargyri et iodi quantitates conterantur, neve inter miscendum exsiccantur.

Sit pulvis e flavo viridis, in aqua vix, in spiritu minime solubilis, ab iodeto hydrargyrico liber.

Servetur a luce remotum.

IODETUM KALICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Jodkalium.

Crystalli coloris expertes, non humectantes, vel frusta quasi porcellanea sicca, reactionis neutrius vel levissime alkalinae, quae in tribus aquae quadrantibus et in spiritus concentrati partibus sex vel septem limpide solvantur. A carbonatibus, iodatibus et sulphatibus plane purae, a ehloretis eo usque liberae sint, ut, quum solutionem earum aquosam nitrate argenteo praecipitaveris et sedimentum hinc natum eum solutione ammoniaci quassaveris, liquor filtratus, additâ acidi nitrici copiâ abundante, turbidus tantum appareat, praecipitatum vero nullum demittat.

* IODETUM PLUMBICUM.

Jodbly.

Ree. **Acetatis plumbici** *partes novem*, . . . 9.

Aquae destillatae *partes nonaginta*. 90.

Fit solutio filtrata, quae, guttis aliquot **Acidi acetici** acidulata, inter agitationem infunditur solutioni filtratae

e **Iodeti kalici** *partibus octo* 8.

et **Aquae destillatae** *partibus octoginta* . . . 80.

confectae.

Præcipitatum exinde ortum et filtro collectum **Aquâ destillatâ** frigidâ lavandum est et deinde sicandum.

Pulvis læte flavus, qui in aquae frigidæ partibus circiter mille et trecentis, in fervidæ ducentis solubilis est, spiritu vero vix solvitur.

A luce remotum servetur.

* IODOFORMIUM.

Vide appendicem.

IODUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Jod.

Crystalli coloris graphitici, nitoris fere metallici, siccæ, calore adhibito sine residuo avolantes, in spiritus concentrati partibus decem, in aqua ad minutissimam tantum partem solubiles.

Servandum est in vasis vitreis, epistomiis vitreis et vesicâ munitis, loco frigido.

KERMES MINERALIS.

(Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.)

Ree. **Carbonatis natrici depurati** *partes viginti*
quinque, 25.
Aquæ destillatæ *partes ducentas et quin-*
quaginta. 250.

Solutioni hinc confectæ et in olla ferrea ebullienti additur

Sulphureti stibici depurati . . . *pars una,* 1.
 quo facto liquor, spathulâ agitandus, semper restitutâ quæ evaporatione dissipatur aquâ, ulterius per horas duas ebullit atque etiamnunc fervidus in vas jam calefactum quam celerrime filtrando immittitur. Præcipitatum inter lentam liquoris refrigerationem ortum filtro statim colligitur, **Aquâ destillatâ** frigidâ, quamdiu hæc defluens chartam exploratoriam rubram mutat, assidue abluitur et inter plagulas chartæ bibulæ pressum ad calorem gradus 30 haud superantem eaute siccatur. Tandem diligenter contritum in vase bene obturato et a luce remoto servandum est.

Colorem chartæ exploratoriæ madidæ, sive rubræ sive cæruleæ, ne mutet, neve cum aqua conquassatus huic quidquam solutum tradat. In acido hydrochlorato calefacto, relictâ aut nullâ aut quam minimâ sulphuris quantitate, solvatur.

KINO.

KINO MALABARICUM.

Pterocarpus Marsupium *Roxb.* **Papilionaceæ.**
Arbor Indiæ orientalis.

Succus corticis sauciati exsiccat.

LACTAS FERROSUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Mjölksyrad jernoxidul.

Pulvis aut crustæ crystallinæ, vel albidæ vel e flavo viridescens, in aquæ partibus quinquaginta solubiles.

Cave ne acida aliena contineat, neve saccharo albo aut saccharo lactis adulteratus sit.

Servetur in vase bene clauso.

* LACTAS ZINCICUS.

Mjölksyrad zinkoxid.

Crystalli vel crustæ crystallinæ, coloris expertes. in aquæ frigidæ partibus fere sexaginta, in fervidæ partibus sex solubiles.

Vide ne sales alienos aut materias saccharinas contineat.

* ☿ LACTUCARIUM.

(Ph. Dan.)

LACTUCARIUM ANGLICUM ED. VI.

Lactuca virosa *Lin.* et **L. sativa** *Lin.* **Synanthereæ.** Plantæ, hæc biennis, Europæ mediæ et australis indigena, illa annua, apud nos culta.

Succus lacteus caulis vulneratæ, aëre induratus.

LAPIS DIVINUS.

(Ph. Dan.)

Rec. **Sulphatis cuprici**, 15.
Sulphatis aluminico-kalici, 15.
Nitratis kalici, singulorum pulveratorum
partes quindecim. . . 15.

Mixta in vase porellaneo liquefiunt modico calore; dein supra porphyritem effusa et refrigerata pulverantur et eum

Camphoræ pulveratæ. *parte una* . . 1.
 miseentur.

Servetur in vase bene clauso.

LICHEN ISLANDICUS.

(Ph. Norv. § Ph. Dan.)

Islandslaf.

Cetraria islandica *Acharius* (**Lichen islandicus** *Lin.*). **Lichenes.** In regionibus montosis et silvaticis Sveciæ indigenus.

Thallus integer.

LICHEN ISLANDICUS ELOTUS.

(Ph. Norv.)

LICHEN ISLANDICUS PRÆPARATUS ED. VI.

Tvättad Islandslaf.

Rec. **Lichenis islandici** mundati quantum placet.

Immergitur in **Aquam**, *ducentesimam sui partem*
Carbonatis kalici depurati continentem, et cum ea
 per horas duodecim maceratur; liquore deinde defuso,
 lichen **Aquâ** frigidâ bene abluitur et siccatur.

* LIGNUM CAMPECHIANUM.

Campecheträd. Blodträd.

Hæmatoxylon Campechianum *Lin.* **Cæsalpinieæ.**
 Arbor Americæ calidioris.

Duramen trunci, cortice et alburno remotis.

LIGNUM GUAJACI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

GUAJACI LIGNUM ED. VI.

Pockenholz.

Guajacum officinale *Lin.* **Zygophylleæ.** Arbor
 insularum Indiæ occidentalis.

Duramen trunci, alburno et cortice remotis.

LIGNUM JUNIPERI.

JUNIPERI LIGNUM ED. VI.

Enträd.

Juniperus communis *Lin.* **Coniferæ.** Frutex vel
 arbuscula Sveciæ frequens.

Lignum radicis.

LIGNUM QUASSIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

QUASSIÆ SURINAMENSIS LIGNUM.

Quassia.

Quassia amara *Lin.* Simarubeæ. Frutex arborescens guyanensis.

Lignum trunci et ramorum crassiorum.

Rasura, quæ in mercatura prostat, nequaquam adhibeatur nec lignum **Picrasme excelsæ** *Planchon*, quod **jamaicense** vocatur.

LIGNUM SANTALI RUBRUM.

(Ph. Dan.)

SANTALI RUBRI LIGNUM ED. VI.

Rödt sandelträd.

Pterocarpus santalinus *Lin. fil.* **Papilionaceæ.**
Arbor Indiæ orientalis.

LINCTUS.

Nisi quum requiruntur non parandi sunt.

LINCTUS BIBORATIS NATRICI.

(Cfr Ph. Norv.: Linctus boracinus.)

LINCTUS BORACICUS ED. VI.

Rec. **Biboratis natrici** pulverati . . . *partem unam*, 1.
Mellis depurati *partes novem*. 9.
Conteruntur donec biboras solutus sit.

LINIMENTUM AMMONIACATUM.

(Ph. Dan.)

LINIMENTUM AMMONICUM ED. VI.

Ammoniakliniment.

- Rec. **Solutionis Ammoniaci** *partem unam*, 1.
Olei Olivarum *partes tres*. . . 3.

Quassando miscentur.

In lagena bene clausa servetur, nec nimis diu.

LINIMENTUM AMMONIACATO-CAMPHORATUM.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

- Rec. **Solutionis Ammoniaci** *partem unam*, 1.
Olei camphorati *partes tres*. . . 3.

Miscentur quassando.

In lagena probe clausa servetur, nec nimis diu

LINIMENTUM CALCICUM.

(Ph. Norv.)

Kalkliniment.

- Rec. **Olei Lini**, 1.
Solutionis Hydratis calcici, singulorum
partes aequales. 1.

Agitando miscentur.

Nisi ad usum ne paretur.

LINIMENTUM OPODELDOC.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

OPODELDOC ED. VI.

Rec. Camphoræ	<i>partes decem,</i>	10.
Saponis butyrini siccati et rasi	<i>partes triginta,</i>	30.
Spiritus concentrati	<i>partes ducentas et</i>	
	<i>quingenta.</i>	250.
Solutioni ex his ealoris ope paratæ adduntur		
Aetherolei Thymi	<i>partes duæ,</i>	2.
Aetherolei Rosmarini	<i>partes tres,</i>	3.
Solutionis Ammoniaci	<i>partes quindecim,</i>	15.

quæ omnia in vase elauso seponuntur leni calore liquefacienda, ut partes turbantes fundum petant; quo facto primum liquor limpidus, tum qui turbidus restat colatus in lagunculas altas, ore amplo præditas, infunditur, quæ suberibus probis statim obturantur.

LINIMENTUM SAPONIS CAMPHORATUM.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: Solutio Saponis camphorata.)

Rec. Camphoræ	<i>partes quinque,</i>	5.
Saponis albi hispanici	<i>partes decem,</i>	10.
Spiritus diluti	<i>partes centum.</i>	100.
Leni calore solutis additur		
Aetherolei Rosmarini	<i>pars una.</i>	1.

Servetur loco, ubi temperatura gradibus +15 non sit inferior.

LINIMENTUM TEREBINTHINÆ ACETATUM.

LINIMENTUM STOKESII.

Rec. **Vitellum ovi gallinacei unius,**

Aquæ destillatæ . . grammata quinquaginta. 50.

Conterendo vel fortiter conquassando mixtis sensim adduntur

Aetherolei Terebinthinæ crudi grammata

nonaginta, . . . 90.

Acidi acetici . . . grammata quindecim, . . 15.

Aquæ destillatæ . . grammata viginti quinque 25.

vel ea quantitas, ut habeas linimentum pondere

grammatum ducentorum. 200.

* LINTEUM CARPTUM ANGLICUM.

Vide appendicem.

LIQUOR ACETATIS AMMONICI PYROLEOSI.

loco LIQUORIS CORNUS CERVI ACETATI ED. VI.

Rec. **Acidi acetici partes centum,** 100.

Supercarbonatis ammonici pyroleosi quantum ad acidum saturandum requiritur.

Saturatione peractâ adduntur

Pyrolei Succini rectificati . . . partes tres 3.

et **Aquæ destillatæ partes centum et quadraginta, . . .** 140.

quo facto liquor in lagena, interdum agitanda, loco haud frigido per diem noctemque seponitur et deinde filtratur.

Sit reactionis neutralis vel subacidæ, limpidus, flavidus vel e flavo fuscus, tempore obscurior factus, tur-

bidulus, in aëre calefactus nihil residui relinquens, ponderis specifici 1,033 usque ad 1,037.

Servetur in lagenis bene obturatis, loco a luce remoto.

LIQUOR ACETATIS KALICI.

SOLUTIO ACETATIS KALICI ED. VI.

Rec. **Bicarbonatis kalici** *partes quinque*, . . . 5.
Aceti quantum requiritur ad saturandum.
 Saturatis adduntur
Syrupi Sacchari *partes decem*, . . . 10.
Aquæ destillatæ tantum,
 ut liquor pondus habeat *partium centum*. 100.
 Paretur ex tempore.

LIQUOR ACIDI HYPOCHLOROSI.

SOLUTIO HYPOCHLORITIS NATRICI ED. VI.

(LIQUEUR DE LABARRAQUE.)

Rec. **Carbonatis natrici depurati** . *partes tres*, . . . 3.
Aquæ destillatæ *partes decem*. 10.

Fit solutio colata, in quam haud calefaciendam **Gas Chlori** (ut ad Solutionem Chlori præcipitur parandum) inducitur, usque dum gas acidi carbonici cum effervescencia abire incipiat. Tum liquor in vitris, epistomiis vitreis obturandis, loco frigido et obscuro servatur.

Sit limpidus, paullum flavidus, odoris peculiaris, chartam exploratoriam extemplo albam reddens.

LIQUOR ACIDUS HALLERI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Rec. **Spiritus concentrati**, 1.
Acidi sulphurici concentrati, singulorum
partes æquales. 1.

Acidum in spiritum, interea agitandum, instillatur sensim et caute, ne nimis calefiat mixtura, quæ post refrigerationem in lagena, epistomio vitreo munita, servetur.

⚞⚞ LIQUOR ARSENIITIS KALICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco MIXTURÆ ARSENICALIS FOWLERI ED. VI.

Rec. **Acidi arsenicosi pulverati**, 1.
Carbonatis kalici, singulorum *partem unam*. 1.

In cucurbitam vitream, satis capacem et accurate ponderatam, indita cum

Aquæ destillatæ , *partibus quinque* . . 5.
 caute, ne pulvis parietibus vasis adhæreat, admixtis coquuntur, ut solutio plane limpida efficiatur, cui refrigeratæ at nullo pacto filtratæ adduntur

Spiritus Lavandulæ *partes quinque* . . 5.
 et **Aquæ destillatæ** tantum,
 ut pondus totius liquoris *partes centum* . 100.
 exæquet.

Caute servandus est.

Obs. Continet **partem** sui **centesimam** acidi arsenicosi; respondent igitur ejus **partes quinque** Mixturæ arsenicalis Fowleri Ed. VI **partibus sex**.

LIQUOR CALCIS CHLORATÆ.

*(Ph. Norv.: Solutio Calcis chloratæ.)*Ree. **Calcis chloratæ** *partem unam*, 1.**Aquæ destillatæ** *partes quadraginta*. . 40.

Conteruntur in mortario vitreo vel poreellaneo, dum calx ehlorata omnis in aquam bene diffusa sit; tum liquor, postquam subsederunt partes insolubiles, filtratur.

Paretur ex tempore.

LIQUOR CITRATIS KALICI.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Julapium salinum.)

SOLUTIO CITRATIS KALICI ED. VI.

Ree. **Bicarbonatis kalici** . . . *partes quinque*, . . . 5.**Aquæ destillatæ** *partes quinquaginta*, 50.**Acidi citrici** quantum suffieit ad saturandum.

Solutis et saturatis admisceentur

Syrupi Sacchari *partes decem*, . . 10.**Aquæ destillatæ** tantum,ut liquor pondus habeat *partium centum*. 100.

Ex tempore paretur.

LIQUOR FULIGINIS ALKALINUS.

SOLUTIO FULIGINIS ALKALINA ED. VI.

Ree. **Fuliginis splendentis** contritæ *partes duas*, 2.**Carbonatis kalici depurati** *partes quinque*, 5.**Aquæ destillatæ**. . . *partes triginta quinque*. 35.

In vase oeluso inter agitandum per triduum macerata filtrantur. In colatura solvitur

Chloreti ammonici pulverati *pars una*. 1.

LIQUOR FULIGINIS FOETIDUS.

SOLUTIO FULIGINIS FOETIDA ED. VI.

- Rec. **Gummi-resinæ Asæ foetidæ** pulveratæ
partem unam, . . 1.
Liquoris Fuliginis alkalini *partes novem. . . 9.*
 Conterendo mixta per diem noctemque in vase
 clauso macerantur et dein per lintecum colantur.
-

LIQUOR PECTORALIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Extracti Glycyrrhizæ.** *partem unam, . . 1.*
Aquæ Foeniculi *partes tres. 3.*
 Fit solutio, cui, quum partes turbantes subsederunt,
 defusæ et colatæ additur
Spiritus ammoniacati anisati *pars una. 1.*
 Mixta in vase bene clauso servantur.
-

* LIQUOR AD SERUM LACTIS PARANDUM.

- Rec. **Tunicæ internæ de abomaso vituli lactentis,**
 aquâ abluto, **derasæ** *partes tres, . . 3.*
Chloreti natrici *partem unam, 1.*
Vini gallici albi, quam minime acidi,
partes viginti sex. 26.

In vase clauso, sæpius quassando, per triduum macerata filtrantur.

Sit limpidus, coloris subflavi, acidi nisi exiguam copiam non continens.

LIQUOR SUCCINATIS AMMONICI PYROLEOSI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco LIQUORIS CORNUS CERVI SUCCINATI ED. VI.

Rec. **Acidi succinici depurati** *partem unam*, 1.
Aquæ destillatæ *partes octo*. . . 8.

Quibus in cucurbita satis ampla caloris ope solutis additur sensim

Supercarbonatis ammonici pyroleosi tantum, ut acidum saturetur. Tum liquor, interdum agitandus, per horas viginti quatuor loco haud frigidus seponitur et deinde filtratur.

Sit limpidus, e flavo fuscus, tempore obscurior factus, turbidulus, reactionis neutralis vel subacidæ, ponderis specifici 1,055 usque ad 1,060. In aëre calefactus nihil residui relinquat.

Servandus est in lagenis bene clausis et a luce remotis.

LIQUOR SUPERCARBONATIS AMMONICI PYROLEOSI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco LIQUORIS CORNUS CERVI ED. VI.

Rec. **Supercarbonatis ammonici pyroleosi** *partem unam*, . . 1.
Aquæ destillatæ *partes sex*. 6.

Fit solutio, quæ interdum agitata per diem noctemque loco non frigidus seponitur et deinde filtratur.

Sit limpidus, flavidus vel e flavo fuscescens, tempore obscurior factus, turbidulus, ponderis specifici 1,060 usque ad 1,065.

In lagenis non magnis, bene obturatis et a luce remotis servetur.

LYCOPODIUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Gul Nicht.

Lycopodium clavatum *Lin.* **L. annotinum** *Lin.*
et **L. complanatum** *Lin.* **Lycopodiaceæ.** Plantæ per-
rennes, in silvis Sveciæ indigenæ.

Sporidia.

Sit plane siccum et a quisquiliis aliisque hetero-
geneis liberum.

MANNA.

(Ph. Norv.: Manna canellata s. electa. — Ph. Dan.)

Manna.

Fraxinus Ornus *Lin.* **Oleireæ.** Arbor in Europa
meridionali indigena et, præsertim in Sicilia, culta.

Succus e trunco vulnerato exsudans, in aëre in-
duratus.

Adhibenda est Manna, quæ dicitur **canellata**, sicca,
levis, coloris albidi vel subflavi, rejicienda vero com-
munis, quæ e glebis subviscidis, eonglutinatis, obscu-
rioribus constat.

MEL.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Mel album.)

Honing.

Apis mellifica *Lin.* **Insecta, Hymenoptera.**

Materia saccharina e nectariis florum ab apibus
collecta et parata.

Adhibeatur optimum, quod e favis sponte stillat.

Videas ne sit acidum aut farinâ aliisve heteroge-
neis adulteratum. Ex America advectum rejiciatur.

MEL DEPURATUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Renad honing.

Rec. Mellis partes centum, . . . 100.

Aquæ destillatæ partes ducentas. . . 200.

Mixta in vase stanneo per horam calefiunt calore graduum fere 100, ebullitionem evitando, quo facto per noctem loco frigido seponuntur. Additis deinde

Carbonum ligni recens candefactorum, crasse pulveratorum et a pulvere subtili liberatorum, partibus duabus, . . 2.

per horas duodecim, interdum agitanda, ulterius seponuntur et postea per manicam laneam colantur. Tum liquor, colatione limpidus factus, evaporando in balneo vaporis ad pondus specificum 1,33—1,34 redigitur.

In lagenis bene obturatis loco frigido servetur.

Limpidum et sit et, aquâ quoque admixtâ, permaneat; coloris sit e flavo fuscî, sine odore vel sapore empyreumatico, nec acidum.

MINIUM.

(Ph. Dan.)

Mönja.

Superoxidum plumbicum cum oxido plumbico junctum.

§ MIXTURA THIELEMANNI.

Vide appendicem.

* MOLYBDÆNAS NATRICUS.

Molybdensyradt natron.

Crystalli parvæ, albæ, nitentes, quæ in aqua facillime, non vero in spiritu solvuntur.

* ♂♀ MORPHINA.

(Ph. Dan.)

Morfin.

Crystalli vel coloris expertes vel albæ, nitidæ, in aqua frigida vix, in aqua fervida aliquanto magis, in spiritu etiam facilius, non vero in æthere solubiles. Solutione hydratis natrici totæ solvantur; ignitæ sine residuo comburantur.

Caute servetur.

MOSCHUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Mysk.

Moschus moschiferus *Lin.* **Mammalia, Ruminantia.** Alpes Asiæ mediæ.

Materia sui generis, folliculo sub ventre maris pone umbilicium posito inclusa.

Adhibeatur tantummodo Mosehus qui dicitur **chinesis, tibetanus** vel **tonquinensis**. Comparentur folliculi integri, textu celluloso intersepti atque moscho non adulterato repleti, qui exemptus a pilis et membranis purgandus est. Mosehum venalem, folliculis jam exemptum, qui vocatur "ex vesicis", usurpare non licet.

In vase bene ocluso servandus est.

MUCILAGO CYDONIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Qvittenslem.

Rec. **Seminum Cydoniæ** . . . *partem unam*, 1.**Aquæ Rosæ** *partes quinquaginta*. 50.

In vitrum immissa sæpius conquassantur, ut fiat mucilago, quæ per linteum colatur.

Paretur ex tempore.

MUCILAGO GUMMI ARABICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Gummislem.

Rec. **Gummi arabici**. *partem unam*, . . 1.**Aquæ destillatæ** *partes duas*. . . . 2.

Conficitur inde solutio, quæ per linteum colatur.

Sit limpida et coloris fere expers.

MUCILAGO SALEP.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Mixtura Saleb.)

Salepslem.

Rec. **Tuberum Salep** pulveratorum *partem unam*, 1.**Aquæ destillatæ** frigidæ . . . *partes decem*. 10.

In lagenam satis capacem inditis et conquassando bene mixtis additur

Aquæ destillatæ ferventis tantum,
ut, ad refrigerationem fere conquassatis, habeas
mucilaginem *partium centum*. . . 100.

Paretur ex tempore.

* ☿ ☿ NICOTINA.

Nikotin.

Liquor oleo haud dissimilis, vel coloris expers vel flavescens, aquâ gravior, odoris pungentis. Et in aqua et in spiritu solvatur, igni admotus sine residuo avolet.

Caute servetur in lagenis admodum parvis, optime clausis et a luce remotis.

NITRAS ARGENTICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Salpetersyrad silfveroxid.

Sit fusus, bacillos albos vel e griseo albos, fracturâ radiatâ insignes exhibens, reactionis neutralis, in aquâ destillatâ æqua quantitate, in spiritus eonecentrati partibus decem plane solubilis. Cave ne nitratibus metallicis vel alkalinis inquinatus aut adulteratus adhibeatur.

In vitris non pellueidis, bene elausis, servetur. Semina bacillis, ut fieri solet, interponere non lieitum est.

NITRAS ARGENTICUS MITIGATUS.

(*Ph. Norv.*)

Rec. **Nitratis argentici**, 1.

Nitratis kalici, singulorum . . *partes æquales*. 1,

Conterendo mixta et supra ignem liquata in bacillorum variæ erassitudinis formam funduntur.

Baeilli albi vel e griseo albi, fracturâ vix crystallinâ, qui eum aqua destillata solutionem limpidam vel paullum tantum turbatam efficiunt, in spiritu conecentrato ad dimidiam partem solubiles. Centum (100) hujus præparati partes, aquâ solutæ et eum solutione ehloreti

ammonici, quæ partes quindecim et sex decimas partes (15,6) continet, commixtæ, liquorem efficere debent, qui, præcipitato filtratione remoto, nullum cum nitrate argenteo præcipitatum procreat.

Servetur in vase bene clauso, nec pellucido.

* NITRAS ARGENTICUS BIS MITIGATUS.

(Ph. Dan.)

Rec. **Nitratis argentici** *partem unam*, . . 1.

Nitratis kalici *partes duas*. . . . 2.

Conterendo mixta et supra ignem liquata in bacillos variæ crassitudinis formantur.

Priori haud dissimilis, sed ad tertiam solummodo partem in spiritu concentrato solubilis, tantum argenti in centum (100) partibus contineat, quantum a chloreti ammonici partibus decem et quatuor decimis partibus (10,4) præcipitando sèparatur.

Servandus est in vase non pellucido, bene clauso.

NITRAS KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

NITRAS KALICUS DEPURATUS ED. VI.

Salpetersyradt kali. Salpeter.

Crystalli coloris expertes vel pulvis crystallinus albissimus, reactionis neutralis, quæ sunt plane sicca, in partibus quatuor aquæ frigidæ solubilia.

Sit a sulphatibus, nitratibus alienis, metallis liber; chloreti kalici vel natrici tantum adesse licet, ut solutio aquosa, addito nitrate argenteo, turbida tantum appareat, præcipitatum vero non demittat.

NITRAS NATRICUS.

Salpetersyradt natron.

Crystalli coloris expertes, reactionis neutralis, in aquæ partibus duabus solubiles. A nitratibus alienis, carbonatibus, iodatibus et iodetis liberæ sint; chlori et acidi sulphuriei vestigia tantum exhibeant.

§§ NITRAS STRYCHNICUS.

(Ph. Dan.)

Salpetersyrad stryknin.

Crystalli graciles, coloris expertes, sericeo-nitentes, in aquæ frigidæ partibus circiter sexaginta, in spiritu etiam, non vero in æthere solubiles. Fortiter ignitæ sine residuo comburantur. A bruceina liberæ sint.

Cautissime asservetur.

OLEUM AMYGDALARUM.

(Ph. Norv. § Ph. Dan.)

Mandelolja.

Semina Amygdali dulcia, neque fraeta neque rancida, a quisquiliis et pulvere adherente cribrando liberata, in mortario ferreo crasse pulverantur et, sacculo idoneo inclusa, ope preli inter laminas tepefaetas exprimuntur. Placenta pulverata et in balneo vaporis tepefaeta denuo exprimitur. Oleum expressum in lagenis bene elaudendis seponitur, donec fæces subsederint; tum quod limpidum est defunditur, reliquum vero per chartam filtratur.

Sit limpidum, frigore vix spissescens, coloris pallide flavi, saporis mitis non rancidi, odoris expertus.

Servetur in lagenis bene siccatis, non magnis, suberibus optime claudendis et quantum fieri potest replendis, loco frigidulo.

Licet etiam illud oleum adhibere, quod in Amygdalino et in Aqua Amygdalarum amararum concentrata parandis e Seminibus Amygdali amaris exprimitur.

OLEUM CACAO.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Kakao-olja.

Rec. **Seminum Cacao**, leniter tostorum et a testis liberatorum, quantum vis.

In vase ferreo calefacto subtilissime trita sacco densioris texturæ includuntur et ope preli, cujus lamina calefactæ sunt, exprimuntur. Oleum expressum, modico calore liquatum, per chartam colatur et in cistulas ferreas, stanno obductas, effunditur, ut refrigeratione concreseat.

Sit album vel e subflavo album, saporis mitis, odoris exigui sed grati, in æthere facile solubile, ad gradus caloris 29—30 limpide liquescens.

Servetur in vase clauso, loco frigido.

OLEUM CAMPHORATUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SOLUTIO CAMPHORÆ OLEOSA ED. VI.

Kamferolja.

Rec. **Camphoræ** *partem unam*, . . . 1.

Olei Olivarum *partes quatuor*. . . 4.

Digerendo solvitur camphora; tum solutio definendo et filtrando limpida redditur.

Cave ne rancidum sit.

In lagenis bene elansis servandum est loco temperato, ubi nee camphora secernatur neque oleum concreseat.

☿☿ OLEUM CROTONIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco OLEI CROTONIS ED. VI.

Krotonolja.

Croton Tiglium *Lin.* et **Cr. Pavana** *Hamilton.*
Euphorbiaceæ. Arbusculæ Indiæ orientalis, indigena
et cultæ.

Oleum expressione seminum paratum, flavum vel
e fusco flavum.

In lagenis parvis, repletis et bene obturatis, absque
lucis accessu **caute** servandum est.

OLEUM HYOSCYAMI INFUSUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Bolmörtolja.

Rec. **Foliorum Hyoseyami** concisorum *partem*
unam. 1.

Spiritus concentrati *partes duas.* . . . 2.

In vase clauso per horas duodecim maceratis ad-
duntur

Olei Olivarum *partes quinque,* . . 5.

quo facto rite mixta in balneo vaporis detinentur, donec
spiritus omnis fugatus sit et folia plane sicca appareant:
tum exprimitur oleum, quod post subsidentiam defun-
dendo et filtrando limpidum redditur.

In lagenis bene clausis loco umbroso servetur.

Ne sit rancidum.

OLEUM JECORIS ASELLI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Torsklefvertran.

Gadus Morrhua *Lin.* aliaque **Gadi** species. **Pisces, Malacopterygii.** In mari septentrionali frequentissimi.

Oleum ex hepate piscium recente vel tantummodo paullum putrescente paratum. Adhibeantur

Oleum Jecoris Aselli album, coloris fere expers vel coloris subflavidi; et

Oleum Jecoris Aselli flavum, coloris flavi vel aurantiae; detur hoc, nisi illud diserte postulatum fuerit.

Sint limpida, non rancida nec arte albata, a plumbo libera. Cave ne aliis pinguedinibus adulterata sint.

In lagenis repletis et bene obturatis, loco frigidulo et umbroso servanda sunt.

OLEUM LAURI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Lagerolja.

Laurus nobilis *Lin.* **Laurineæ.** Arbor regionis mediterraneæ.

Oleum unguinosum, ætheroleum continens, expressione fructuum paratum.

OLEUM LINI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Linolja.

E Seminibus Lini expressione paratum.

Rancidum vel nimis spissum rejiciatur.

OLEUM MYRISTICÆ.

(Ph. Norv.)

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ ED. VI.

Muskotbalsam.

Oleum solidum, quod cum ætheroleo mixtum e
Seminibus Myristicæ expressione paratur.

OLEUM OLIVARUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Olivolja.

Olea europæa *Lin.* **Oleineæ.** Arbor in Europa
 meridionali indigena et culta.

Oleum e fructibus expressum.

Sit flavidum, limpidum, odore fere nullo, sa-
 pore miti.

Cave ne plumbum vel cuprum contineat neve ran-
 cidum vel oleis alienis adulteratum sit.

Frigore concretum, quum eo uti opus est, leni ca-
 lore antea semper est ex toto liquefaciendum.

* OLEUM PALMÆ.

(Ph. Norv.)

Palmolja.

Elais guineensis *Jacquin.* **Palmæ.** Arbor Guineæ
 indigena, in America calida culta.

Oleum unguinosum, e fructibus vel coctione cum
 aqua vel expressione paratum.

Sit coloris aurantiaci, odoris violacei, non ran-
 cidum.

Servetur in vase bene clauso, absque lucis accessu,
 loco frigido.

OLEUM RAPÆ.

Vide appendicem.

OLEUM RICINI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Ricinolja.

Ricinus communis *Lin.* **Euphorbiaceæ.** Planta fruticosa, Indiæ utriusque et Africae meridionalis indigena, in Europa meridionali culta.

Oleum e seminibus exprimendo paratum.

Sit limpidum, coloris expers aut subflavum, saporis mitis, in spiritus concentrati æqua portione ad calorem graduum 50 plane solubile. Quod rancidum est rejiciatur.

Servetur in lagenis bene obturatis, loco umbroso, frigidulo. Frigore ex parte concretum ne dispensetur, nisi antea ex toto liquefactum.

OLEUM SULPHURATO-TEREBINTHINATUM.

(*Ph. Dan.*)

BALSAMUM SULPHURIS TEREINTHINATUM ED. VI.

Rec. **Sulphuris sublimati**. . . . *partem unam*, . . . 1.

Olei Lini. *partes quatuor*. . . 4.

Oleo, in vase figulino vitreato aut ferreo, satis capaci et alto, ad +150° circiter calefacto additur sensim sulphur, agitando spathulâ et cavendo, ne nova sulphuris portio addatur, nisi prius cessaverit effervescentia, neu calor massæ +200° superet; in quo calore massa detinetur, donec portiuncula exempta post refrigerationem limpida maneat et gelatinæ instar spissescat. Tum refrigerantur omnia.

Massæ gelatinosæ ita paratæ *pars una* 1.
 in **Aetherolei Terebinthinæ depurati**

partibus tribus 3.

digerendo tandem solvitur; solutum in lagenis bene clausis servetur.

§ § OPIUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

OPIUM LEVANTICUM ED. VI.

Opium.

Papaver somniferum *Lin.* **Papaveraceæ.** Planta annua, in Oriente spontanea et culata.

Succus lacteus e capsulis immaturis vulneratis exsudans, in aëre conerescens.

Eligatur Opium, quod **levanticum** vel **turcicum** vocatur, nee adhibeatur nisi bene siccatum et pulveratum, quod **Morphinæ** partes **novem** usque ad **undecim** (9—11) in **centum** (100) sui partibus continet.

Caute servandum est.

§ § OPIUM DEPURATUM.

Renadt opium.

Rec. **Opii** pulverati *partem unam*, . . 1.

Aquæ destillatæ *partes decem*. . . 10.

Subinde agitanda macerantur per horas viginti quatuor, quo facto id, quod solutum est, expressione institutâ per linteum colatur; residuum vero eum

Aquæ destillatæ *partibus quinque* . . 5.
 simili modo tractatur colaturque solutum. Tum liquores inter se mixti et, ut subsidant partes turbantes, sepositi filtrantur et evaporatione, ut de Extracto Aloës præscribitur, ad siccum rediguntur.

In vitro bene siceo et subere probe obturando **caute** servandum est.

OSSA USTA PRÆPARATA.

CORNU CERVI USTUM PRÆPARATUM ED. VI.

Preparerade brända ben.

Ossa Pecorum in fornace comburuntur, donec penitus albescant; tum a cineribus bene purgata statim vel in mortario teruntur vel super porphyritem levigantur; quo facto pulvis subtilissimus, ope lintei valde tenuis, in sacculum formati seduloque quassandi, separatur a crassiore, qui denuo tritus eodem modo tractatur.

In vase optime clauso servantur.

* OXALAS CEROSUS VENALIS.

Pulvis albus, in aqua non solubilis. Ab oxalate caleieo et, si oxalates didymicus et lanthanicus excipiuntur, ab aliis heterogeneis purus sit.

OXIDUM CALCICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CALX USTA ED. VI.

Osläekt kalk.

Frusta alba vel albida, aquæ parte dimidiâ adspersâ inealescentia et in pulverem dilabentia, qui cum acido acetico, aquâ satis diluto, vix ferveat et residuo quam minimo relieto solvatur.

In vasis sollicite clausis servandum est, ne aëris accessu mutetur.

☞☞ OXIDUM HYDRARGYRICUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Qvicksilfveroxid.

Sit viâ siccâ paratum, in pulverem subtilissimum lævigatum, coloris e rubro flavi, ignitum nihil residui relinquens, in acidis nitrico et hydrochlorato plane solubile, ab acido nitrico liberum; cum solutione acidi oxalici digestum colorem ne mutet.

Oxidum hydrargyricum viâ humidâ **præcipitando paratum**, nisi diserte poscitur, loco illius adhibere non licet.

In vase non pellucido, bene clauso, **caute** servandum est.

☞☞ OXIDUM HYDRARGYRICUM PRÆCIPITATUM.

Vide appendicem.

OXIDUM MAGNESICUM LEVE.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MAGNESIA LENITER USTA.

Rec. **Hydratocarbonatis magnesi**, per cribrum subtile trajecti, quantum placet.

In vase satis lato, fietili non vitreato aut porellaneo, inter continuam baculi figulini agitationem, cavendo ne vas calore rubescat, supra ignem calefit, donec aqua omnis inhærens una cum acido carbonico expulsa fuerint; tum residuum refrigeratum in lagenas, grammatum quindecim usque ad viginti capaces, optime obturandas, confestim immittitur.

Rite paratum et servatum est, si pars ejus una, cum aquæ partibus quindecim bene mixta, post dimidiam horæ partem in massam quasi gelatinosam conversa est, quæ e vase effundi non possit.

Hujus oxidi grammata minimum quinquaginta semper præsto esse debent.

OXIDUM MAGNESICUM PONDEROSUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MAGNESIA PONDEROSA.

Rec. **Sulphatis magnesici** . . partes sex, 6.

Aquæ destillatæ frigidæ partes duodeviginti. 18.

Solutis et filtratis admiscetur solutio filtrata, e

Carbonatis natrici . . . partibus septem . . . 7.

et **Aquæ destillatæ** frigidæ partibus viginti una 21. confecta. Mistio deinde bene conquassata loco frigidulo, cujus temperatura gradus + 10 non superat, per dies quatuor vel quinque seponitur, vel donec præcipitatum quasi gelatinosum et spissum in crystallinum conversum sit; tum, liquore defuso, præcipitatum Aquâ destillatâ frigidâ in vase suo bene abluatur, filtro colligitur et inter chartæ bibulæ plagulas, ealore nequaquam adhibito, siccatur.

Carbonas magnesicus ita paratus in vase idoneo tandem ealefit, ut acidum carbonicum et aqua crystallina omnino expellantur; residuum vero refrigeratum in lagenas mox ingeritur, grammatum viginti vel triginta eapaces, quæ optime elaudendæ sunt.

Sit pulvis albissimus, non nihil ponderosus, qui in acido hydrochlorato diluto sine effervescentia plane solvatur.

OXIDUM PLUMBICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LITHARGYRIUM ED. VI.

Blyoxid. Blyglete.

E plumbo in aëre usto paratum et calore liquatum. Squamæ crystallinæ vel pulvis subtilis, coloris e rubro flavi, a superoxido plumbico et oxido cuprico, quantum fieri potest, libera. In acido nitrico igitur, aquâ diluendo, totum fere solubile sit; et quum huic solutioni solutionis ammoniaci copia abundans admixta fuerit, color liquoris præcipitato orto supernatantis aut nullus erit, aut cæruleus et vix conspicuus. A materiis præterea alienis, excepto hydratocarbonate plumbico, cujus copiam quandam exiguam adesse licet, liberum sit.

In vase satis bene clauso servandum est.

OXIDUM ZINCICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Zinkoxid.

Rec. **Carbonatis natrici** . . . *partes undecim*, . . . 11.

Aquæ destillatæ *partes centum*. . . . 100.

Fit solutio, cui filtratæ et in vase satis capace usque ad ebullitionem calefactæ sensim et inter continuam agitationem additur solutio filtrata, e

Sulphatis zincici *partibus decem* 10.

et **Aquæ destillatæ** *partibus centum* . . . 100.

confecta; quo facto mixta per horas aliquot seponuntur. Tum, liquore limpido defuso, præcipitatum Aquâ destillatâ, primum in vase, dein colo collectum, perfecte cluitur et elotum siccatur.

Hydratocarbonas zincicus tali modo paratus in pulverem conteritur, qui in vase porcellaneo vel argillaceo

non vitreato, calori non nimis aucto exponitur, donec residuum ab acido carbonico quantum fieri potest, liberum sit.

Sit pulvis albus, vix flaveseens, ab acidis carbonico et sulphurico, ab oxido natrieo et metallis alienis, ferri vestigio forsitan exeepto, liber.

In vase bene clauso servetur.

OXIDUM ZINCICUM VENALE.

(*Ph. Dan.*)

Zinkhvitt.

Sit optimum, pulverem albissimum exhibens, qui in acido acetico perfecte solvatur. Vide ne oxido plumbeo inquinatum sit.

In vase bene clauso servetur.

Nisi ad usum externum ne adhibeatur.

OXYMEL.

Ättikhoning.

Rec. **Acidi acetici** *partes octo*, 8.

Mellis depurati *partes centum*. . . . 100.

Bene mixta loco frigido serventur.

OXYMEL SCILLÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. **Aceti Scillæ** *partem unam*, 1.

Mellis depurati *partes tres*. 3.

Mixta in balneo vaporis evaporant, donec residuæ sint *partes tres*. 3.

Loeo frigido servetur.

PASTA CACAO.

CHOCOLATA.

Chokolad.

Rec. **Seminum Cacao**, leviter tostorum et a testis liberatorum, quantum vis.

In vase ferreo calefacto conteruntur donec in massam subtilissimam semifluidam redacta sint, quæ in cistulas ferreas, stanno obductas, effunditur ut refrigerata concreseat.

* PASTA GLYCYRRHIZÆ.

(Ph. Dan.)

PASTA LIQUIRITIÆ ED. VI.

Lakritspasta.

Rec. **Radicis Glycyrrhizæ** incisæ . . *partes duas*, 2.

Aquæ *partes quinquaginta*. 50.

Per noctem maceratae colantur. Colatura deinde, solutis in ea

Sacchari albi, 15.

Gummi arabici contusi, singulorum *partibus quindecim*, . . 15.

loco frigidulo per nycthemerum seponitur et liquor limpide defusus balnei vaporis calore, sine agitatione, sed detractis quæ subinde oriuntur pelliculis, evaporat, donec gutta, laminâ frigidâ excepta, fluere desinat. Tum massa, postquam bullæ in superficie ejus evanuerunt, detractâ pelliculâ, in cistulas **Oleo Cacao** illitas effunditur et tandem modico calore exsiccat.

PETALA ROSÆ CENTIFOLIÆ.

(Ph. Norv.: Petala Rosæ. — Ph. Dan.: Flores Rosæ centifoliæ.)

ROSÆ MULTIPLICIS PETALA ED. VI.

Dubbla törnrosor.

Rosa centifolia *Lin.* **Rosaceæ.** Frutex in Cascaſo indigenus, in Europa frequentissime cultus.

Petala vel recentia vel chloreti natrici parte ſui dimidiâ condita.

PETALA ROSÆ GALLICÆ.

(Ph. Dan.: Flores Rosæ gallicæ.)

ROSÆ DOMESTICÆ PETALA ED. VI.

Ättikrosor.

Rosa gallica *Lin.* **Rosaceæ.** Frutex Europæ australis, in Svecia cultus.

Petala ante perfectam explicationem collecta et unguibus resectis siccata.

PHOSPHAS NATRICUS.

(Ph. Dan.)

Fosforsyradt natron.

Crystalli coloris expertes, diaphanæ, in aquæ frigidæ partibus ſex ad octo, in fervidæ partibus duabus ſolubiles, reactionis exigue alkalinæ. Cum ſolutione nitratis argentici præcipitatum flavum efficiant. Sint ab acidis carbonico et ſulphurico, et a chloro liberae, nec fatiſcendo mutatae; cave etiam ne arsenico aut aliis metallis inquinatae ſint.

In vasis bene clausis ſervetur.

☿ ☿ PHOSPHORUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Fosfor.

Sit albidus vel subflavus, diaphanus, extrinsecus interdum albus, opacus. Vestigia sulphuris et arsenici sæpe exhibet.

Sub aqua, in vase vitreo bene claudendo, quod ipsum in pyxide, e laminis ferreis firmis fabricata, inclusum sit et in cella collocatum, **caute** servetur.

PILULÆ.

In pilulis parandis eæ substantiæ præscriptæ, quæ siccæ sunt et friabiles, pulveratæ ponderantur et in mortario idoneo inter se accuratissime miscentur. Tum adduntur ceteræ substantiæ, atque, ubi præscribitur, etiam tanta ligantis cujusdam materiæ quantitas, ut massa, diligentissime subacta, donec jam nullum partium discrimen observare possis, fundo mortarii nequaquam digitisque non multum adhæreat. Formantur deinde pilulæ, præscripto numero vel pondere, **Lycopodio**, nisi aliud dicitur, conspergendæ et in vase bene obturando servandæ.

Si substantiæ, quæ formulâ quâdam magistrali præscriptæ sunt, massam pilulis formandis idoneam non efficiunt, tantam licet vel **Aquæ destillatæ** vel **Syrupi Sacchari** vel **Spiritus concentrati** aut **diluti** vel **Radicis Althææ** pulveratæ, prout ferunt res, copiam addere, ut massa justæ consistentiæ oriatur, e qua tot pilulæ formandæ sunt, quot formula jubet.

Major pilularum copia non est paranda, ne inter servandum exsiccentur aut vim amittant. **Pilulæ** vero **foetidæ succinatæ**, **Pilulæ Iodeti ferrosi**, vernice non obductæ, et **Pilulæ Myrrhæ ferratæ** non nisi ex tempore parentur.

PILULÆ ALOËS CROCATÆ.

- Rec. **Gummi-resinæ Myrrhæ** *grammata duo cum*
dimidio, . . . 2,50.
Stigmatum Croci *grammata duo cum di-*
midio. . . . 2,50.
Aloës *grammata quinque, 5,00.*
Syrupi Sacchari quantum satis,
 ut fiat massa, e qua formentur pilulæ numero *centum*
 (100) æquales.
-

§ PILULÆ AMMONIACI THEBAICÆ.

PILULÆ GUMMI AMMONIACI THEBAICÆ ED. VI.

- Rec. **Opii** *gramma unum, . . . 1.*
Bulbi Scillæ. *grammata duo, . . . 2.*
Gummi-resinæ Myrrhæ *grammata quinque, 5.*
Gummi-resinæ Ammoniaci *grammata decem, 10.*
Glycerini quantum requiritur,
 ut fiat massa, in pilulas *centum* (100) æquales formanda.
-

PILULÆ COLOCYNTHIDUM COMPOSITÆ.

loco PILULARUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITARUM
ED. VI.

- Rec. **Florum Caryophylli.** . . . *gramma unum, . . . 1.*
Resinæ Jalapæ *grammata duo, . . . 2.*
Extracti Colocynthidum compositi *grammata*
septem, 7.
Extracti Absinthii quantum requiritur.
 Formentur pilulæ numero *centum* (100) æquales.

PILULÆ FOETIDÆ SUCCINATÆ.

- Rec. **Pyrolei animalis rectificati** *gramma dimidium,* 0,50.
Acidi succinici depurati *gramma unum et dimidium, . . .* 1,50.
Gummi-resinæ Asæ foetidæ *grammata quinque,* 5,00.
Castorei canadensis *grammata quinque, .* 5,00.
Tincturæ Myrrhæ quantum sufficit,
 ut fiat massa, e qua formentur pilulæ numero *centum* (100) æquales.
-

PILULÆ GUTTÆ ALOËTICÆ.

PILULÆ GUMMI GUTTÆ ALOËTICÆ ED. VI.

- Rec. **Gummi-resinæ Guttæ** . *grammata tria, . .* 3,00.
Gummi arabici *grammata tria, . .* 3,00.
Gummi-resinæ Galbani *grammata quatuor,* 4,00.
Aloës *grammata septem.* 7,00.
 Cum **Aetherolei Carvi** *grammate uno et dimidio* 1,50.
 et **Syrupi Sacchari** quantitate sufficiente
 subiguntur in massam, e qua formentur pilulæ numero *centum* (100) æquales.
-

PILULÆ HYDRARGYRI.

LOCO PILULARUM HYDRARGYRI ED. VI.

- Rec. **Hydrargyri depurati** *grammata quinque,* 5,00.
Conservæ Rosæ *grammata septem cum dimidio.* 7,50.
 Mixtis et contritis, donec globuli hydrargyri prorsus disparnerint, adjiciuntur

Radicis Glycyrrhizæ grammata duo cum
dimidio, . . . 2,50.

et fit massa, in pilulas *centum* (100) æquales statim dividenda.

Obs. Continent singulæ pilulæ **centigrammata quinque** hydrargyri. Earum igitur **tres** respondent Pilularum Hydrargyri Ed. VI **quinque**.

PILULÆ IODETI FERROSI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

PILULÆ BLANCARDI.

Rec. **Ferri pulverati** grammata duo, 2.

Aquæ destillatæ grammata quatuor. . . 4.

In mortarium porcellanum immixtis adduntur

Iodi grammata quatuor. . . 4.

Agitantur omnia, donec color fuscus evanuerit.

Tum statim admiscentur

Sacchari albi grammata quatuor, . . 4.

Radicis Althææ grammata duo, 2.

Radicis Glycyrrhizæ quantitas sufficiens.

Formantur hinc pilulæ numero *centum* (100) æquales, quarum unaquæque primum **Ferro pulverato** conspergitur, dein solutione concentratâ **Balsami tolutani** æthereâ irroratur, ita ut loco tepido siccata tegumine resinaceo obducta sit.

Continent pilulæ singulæ **quinque** iodeti ferrosi **centigrammata**.

Fiunt etiam, si diserte postulatur, vernice non obductæ, omissâ simul Ferri pulverati conspersione.

PILULÆ MYRRHÆ FERRATÆ.

- Rec. **Sulphatis ferrosi** *grammata tria*, 3.
Carbonatis kalici *grammata sex*, 6.
Gummi-resinæ Myrrhæ *grammata duodecim*. 12.

Ex his cum parva **Mucilaginis Gummi arabici**
 copia formentur pilulæ *centum* (100) æquales.

§ PILULÆ STYRACIS THEBAICÆ.

- Rec. **Opii** *grammata duo*, 2.
Balsami Styracis liquidi *grammata quatuor*, 4.
Radici Glycyrrhizæ . . . *grammata sex*. . . . 6.

Formentur inde pilulæ numero *centum* (100) æquales.

PIX PINI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

PIX SOLIDA ED. VI.

Beck.

Resina empyreumatica, Pyrolei Pini cocti residua.

PULPA COLOCYNTHIDUM.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Fructus Colocynthisis.*)

COLOCYNTHIDIS PULPA ED. VI.

Koloqvint.

Citrullus Colocynthis *Arnott* (**Cucumis Colo-**
cynthis *Lin.*). **Cucurbitaceæ**. Planta annua, in re-
 gione mediterranea orientali indigena.

Pulpa siccata baccæ decorticatæ. A seminibus li-
 berata adhibeatur.

PULPA TAMARINDORUM CRUDA.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Fructus Tamarindi crudus.)

TAMARINDORUM PULPA ED. VI.

Tamarind.

Tamarindus indica *Lin.* Cæsalpinieæ. Arbor Indiæ orientalis et Aegypti indigena, in terris tropicis sæpe culta.

Pulpa e lomentis deprompta, seminibus fibrisque sæpius intermixta. Adhibeatur pulpa e fusco nigra, tenax, **orientalis**; rejiciatur et nigra, dura, quæ dicitur ægyptiaca, et occidentalis, mollis, fusca, sæpe fermentata.

PULPA TAMARINDORUM DEPURATA.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Pulpa Tamarindi.)

Rec. **Pulpæ Tamarindorum crudæ** quantum placet,
Aquæ ferventis æqualem quantitatem.

Mixta sæpius agitantur, donec massam æquabilem mollem habeas, quæ ope spathulæ lignæ per cribrum setaceum trajicitur. Massa trajecta deinde vasi porcellaneo immittitur et evaporatione in balneo vaporis ad syrupi spissi consistentiam redigitur.

Hujus massæ *partibus tribus* . . 3.
admiscetur **Sacchari albi** pulverati . . *pars una*, . . 1.
quo facto mistio ad consistentiam extracti evaporat.

Loco frigido et sicco servanda est in vase vitreo vel porcellaneo.

PULVERES SIMPLICES.

Omnis materia in pulverem redigenda primum a quisquiliis aliisque heterogeneis adherentibus vel immixtis, quam optime fieri potest, purificatur, dein ab

humoribus, qui pulverationi officiant, liberatur, quod quidem ita fit, ut materia illa, concisa si opus sit vel alio modo comminuta, sub calore paulatim augendo, nec tamen unquam 65° superante, caute siccetur.

Fit contusio in mortariis tectis, ex tali confectis materia, ut nec rebus contundendis facile adedantur, nec iis cedant durtiâ.

Ad cernendum adhibentur cribra supra infraque obteeta, quæ in ipso opere haud vehementer quassantur.

Quoties fit, ut pulvis alius in initio contusionis, alius sub finem recipiatur, omnis pulveris eopia bene commiscetur; quod vero remanet, id rejicitur.

Omnes pulveres, simulatque contusi sunt et parati, in vasis vitreis optime elaudendis asservandi deponuntur, ne vario unquam aëre afficiantur. Ii vero pulveres, qui a partibus plantarum vel animalium originem ducunt, antequam in vasa sua ingeruntur, iterum caute siccantur. Sint autem hæc vasa opaca et calore adhibito sollicite siccata.

Pulverum simplicium, anorganicis exceptis, modicæ tantum quantitates unâ operâ parandæ sunt; paratos eos emere pharmacopolæ non licet.

ACCURATIO SINGULORUM DESCRIPTIO.

CLASSIS PRIMA.

Hæc classe continentur eæ materiæ, quarum pulvis bis trajiciendus est per cribrum bombycinum ita contextum, ut singula centimetra fila circiter 40 capiant, vel ut singula centimetra quadrata foramina præbeant circiter 1600.

A. Rediguntur in pulverem sine residuo.

Aloë.

Cortex Chinæ Calisayæ.

Cortex Cinnamomi ceylanici.

Gummi-resina Gutta.

Indigo.

Lactucarium.

Oxidum plumbicum.

Radix Rhei.

Resina Guajaci.

Tubera Jalapæ.

B. Rediguntur in pulverem cum residuo.

Folia Belladonnæ; ubi tantum pulveris habetur, quantum tres foliorum quartas partes æquat, contusioni finis imponitur.

Folia Digitalis,

Folia Hyoscyami,

Folia Nicotianæ,

Folia Sennæ,

Folia Stramonii,

Herba Conii,

ut Folia
Belladonnæ.

Radix Belladonnæ; contunditur, donec fasciculus quasi fibrarum relinquatur.

Radix Glycyrrhizæ; ut Radix Belladonnæ.

Radix Ipecacuanhæ; ejus nihil nisi cortex in pulverem redigitur, relicto ligno, quod eireiter quartam partem radicis efficit. Pulveranti os velo madido est obligandum.

CLASSIS SECUNDA.

Hac æ materiæ continentur, quarum pulvis bis trajiciendus est per cribrum bombycinum ita contextum, ut centimetrum 32 fere capiat fila, vel ut singula centimetra quadrata foramina habeant circiter 1000.

A. Rediguntur in pulverem sine residuo.

Acidum citricum.

Acidum succinicum depuratum.

Acidum tartaricum.

Bulbus Scillæ.

Camphora; pulveratur additâ parvâ spiritus concentrati copiâ, nec per cribrum trajicitur.

Coccionella.

Cortex Canellæ albæ.

Cortex Quercus.

Enphorbium; pulveranti os velo madido obligatum esse debet.

Extractum Glycyrrhizæ crudum.

Flavedo Aurantii.

Fructus Anisi.

Fructus Carvi.

Fructus Coriandri.

Fructus Foeniculi.

Fructus Phellandrii.

Gallæ.

Gummi arabicum.

Gummi-resina Ammoniacum; vel in frigore pulveratur, vel quum, in vase clauso cum oxido calcico seposita, bene exsiccata fuit. Servetur loco frigido.

Gummi-resina Asa foetida, } ut **Gummi-resina**
Gummi-resina Galbanum, } **Ammoniacum.**

Gummi-resina Myrrha.

Gummi-resina Olibanum.

Kino.

Radix Columbo.

Radix Inulæ.

Resina Benzoë.

Resina Mastix.

Rhizoma Ari.

Rhizoma Iridis.

Rhizoma Tormentillæ.

Saccharum album.

Saccharum Lactis.

Sales; qui calore deliuescunt vel fatiscunt, non, ut eeteri, siccandi sunt.

Sapo albus hispanicus.

Semina Cardamomi, periearpiis detractis.

Semina Nucis vomicae; aliquantum siccata et contundendo diminuta ad calorem 100 fere graduum exsiccantur et tum denique pulverantur.

Semina Piperis.

Stigmata Croci.

Succinum.

Tubera Salep.

B. Rediguntur in pulverem cum residuo.

Castoreum canadense; cujus membranæ removendæ sunt.

Flores Cinae; relieto residuo fere insipido.

Flores, Folia et Herbæ non speciatim aliis locis nuncupata contunduntur, donec residuum tenax pallidum supersit.

Opium; in temperatura graduum + 30 usque ad + 40 exsiccatum pulveratur, relictis particulis heterogeneis immixtis.

Radix Althææ contunditur, donec fasciculus quasi fibrarum reliquus sit.

Radix Artemisiæ, quæ ope pistilli ab humo est purganda, contunditur ut Radix Althææ.

Radix Valerianæ aliæque Radices huic similes. ut Radix Artemisiæ.

Rhizoma Calami,
Rhizoma Zingiberis, } ut Radix Althææ.

CLASSIS TERTIA.

Huc pertinent eæ materiæ, quarum pulvis cernendus est cribro bombycino ita contexto, ut centimetrum

18 fere eapiat fila, vel ut singula centimetra quadrata foramina habeant circiter 300.

Cantharides; in temperatura gradus + 40 non superante exsiccantur; pulveranti os spongiâ aut velo madido obligatum esse debet.

Flores Caryophylli.

Flores Kusso; nisi ex tempore ne pulverentur, neve pulverati servantur.

Fructus Cubebæ.

Rhizoma Filicis, quod prius est deortieandum, nee nisi ex tempore pulverandum. Pulveratum ne servetur.

Secale cornutum; nisi ex tempore ne pulveretur, neve pulveratum servetur.

CLASSIS QUARTA.

Pertinent ad hanc classem eæ materiæ, quarum pulvis eernendus est ope eribri e filis metallicis ita contexti, ut singula centimetra quadrata foramina præbeant eireiter 100.

Semina Lini.

Semina Sinapis nigræ.

Superoxidum manganicum.

Cetera medicamina pulveranda, de quibus aliter non est præscriptum, ad classem pulverum **secundam** sunt dueenda.

PULVERES COMPOSITI.

Parantur diligenter conterendo et intime eommi-scendo substantias, unde confiei debent, antea seorsum pulveratas (Pulveres simplicies) et ponderatas; in quo faeiendo rite agitur, si eæ substantiæ, quarum eopia minima præscripta est, primum conteruntur, eeteræ deinde admiscuntur. Ubi in pulvere eomposito eon-

ficiendo præscribitur materiæ ejusdam haud friabilis (e. gr. extracti spissi) paucillum, hoc cum friabilium parva copia primum conteritur, quo facto omnia miscentur, ut pulverem æquabilem habeas.

Non sunt nisi exiguæ Pulverum compositorum quantitates simul parandæ, nec servandæ nisi in vasis vitreis haud pellucidis, siccissimis, arete claudendis.

PULVIS AMARUS FERRATUS.

Rec. Seminum Cardamomi,	1.
Sulphatis ferrosi, singulorum <i>partem unam,</i>	1.
Florum Cinæ,	2.
Florum Tanaceti, singulorum <i>partes duas.</i>	2.

PULVIS ARI ALKALINUS.

Rec. Bicarbonatis kalici,	1.
Corticis Canellæ albæ, singulorum <i>partem unam,</i>	1.
Rhizomatis Calami,	2.
Radicis Pimpinellæ,	2.
Rhizomatis Ari, singulorum <i>partes duas.</i>	2.

PULVIS AROMATICUS.

Rec. Seminum Cardamomi,	1.
Rhizomatis Zingiberis, singulorum <i>partem unam,</i>	1.
Corticis Cinnamomi ceylanici <i>partes duas.</i>	2.

PULVIS EFFERVESCENS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco PULVERIS BICARBONATIS NATRICI TARTARICI
 ED. VI.

Fräspulver.

Rec. **Bicarbonatis natrici** *grammata duo*. 2,00.
 Dentur in charta cærulea.

Rec. **Acidi tartarici** *gramma unum cum dimidio*. 1,50.
 Detur in charta alba.

Ambo simul dispensanda **dosin unam** efficiunt.

PULVIS EFFERVESCENS COMPOSITUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Laxerande fräspulver.

Rec. **Tartratis natrico-kalici** . . *grammata octo*, 8,00.
Bicarbonatis natrici *grammata duo*. 2,00.
 Mixta in charta cærulea dentur.

Rec. **Acidi tartarici** *gramma unum cum dimidio*. 1,50.
 Detur in charta alba.

Ambo simul dispensanda sunt et **dosin unam** efficiunt.

PULVIS GUMMOSUS.

Rec. **Radicis Althææ** *partem unam*, . . 1.
Gummi arabici, 2.
Sacchari albi, singulorum *partes duas*. . . . 2.

PULVIS GUMMOSUS STIBIATUS.

- Rec. **Kermetis mineralis** . . . *partem unam*, . . . 1.
Sacchari albi *partes novem*, . . . 9.
Pulveris gummosi *partes triginta*. . . 30.
-

§ PULVIS IPECACUANHÆ THEBAICUS.

(*Ph. Norv.*: *Pulvis Ipecacuanhæ opiatum s. thebaicum*. — *Ph. Dan.*)

loco PULVERIS DOVERI.

- Rec. **Radicis Ipecacuanhæ**, 1.
Opii, singulorum *partem unam*, . . 1.
Sulphatis kalici *partes octo*. . . . 8.
-

PULVIS MAGNESIÆ AROMATICUS.

PULVIS MAGNESIÆ COMPOSITUS ED. VI.

PULVIS GALACTOPOEUS ROSENII.

- Rec. **Flavedinis Aurantii**, 1.
Fructuum Foeniculi, 1.
Sacchari Lactis, singulorum . *partem unam*, 1.
Hydratocarbonatis magnesici *partes quatuor*. 4.
-

PULVIS MAGNESIÆ CUM RHEO.

(*Ph. Norv.* § *Ph. Dan.*)

loco PULVERIS RHEI CUM MAGNESIA ED. VI.

- Rec. **Aetherolei Foeniculi** . . . *partem unam*, . . 1.
Sacchari albi *partes centum*. . . 100.

Contritit admiscetur

Radicis Rhei, 100.

Hydratocarbonatis magnesici, singulorum
partes centum. . . 100.

PULVIS MAGNESIÆ TARTARICUS.

Rec. **Aetherolei Menthæ piperitæ** *partes duas*, 2.

Sacchari albi *partes quadringentas*. 400.

Contritit admiscetur

Hydratocarbonatis magnesici, 100.

Acidi tartarici, singulorum *partes centum*. 100.

PULVIS NITRI TARTARICUS.

Rec. **Hydratocarbonatis magnesici** *partem unam*, 1.

Acidi tartarici *partes duas*, . . 2.

Nitratis kalici *partes decem*, . 10.

Sacchari albi *partes triginta*. 30.

PULVIS SCILLÆ BORAXATUS.

Rec. **Bulbi Scillæ** *partem unam*, 1.

Biboratis natrici . . . *partes decem*, 10.

Sacchari albi *partes undeviginti*, . . 19.

Bitartratis kalici . . . *partes septuaginta*. . . 70.

Obs. Partes quinque respondent partibus sex

Pulveris Scillæ boraxati Ed. VI.

PULVIS TARTARI COMPOSITUS.

PULVIS DENTIFRICIUS.

Tandpulver.

Rec. **Coccionellæ**, cum guttis aliquot solutionis**Acidi citrici** tritæ *partes decem*, . 10.**Rhizomatis Iridis** *partes centum*, . 100.**Bitartratis kalici depurati** *partes trecentas*. 300.

Commixtis additur mistio parata ex

Aetherolei Caryophylli . *partibus quinque*, 5.**Gummi-resinæ Myrrhæ**, 100.**Kino**, singulorum *partibus centum*. . 100.

PYROLEUM ANIMALE CRUDUM.

(Ph. Dan.)

OLEUM CORNUS CERVI EMPYREUMATICUM ED. VI.

E partibus animalium destillatione quæ vocatur sicea paratum, coloris e fusco nigri, alkalinae reactionis, in spiritus concentrati partibus tribus solubile.

Rejiciatur quod spissum est et parte sui magis volatili privatum.

In lagenis optime elausis servandum est, loco obscuro et frigido.

PYROLEUM ANIMALE RECTIFICATUM.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Pyroleum animale.*)

OLEUM CORNUS CERVI EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM ED. VI.

Rec. **Pyrolei animalis crudi** quantum placet.

E retorta vitrea, in balneo arenæ collocata, destillat quamdiu prodit destillatum tenue. Deinde hoc ipsum ope vaporum aquæ bullientis in apparatu idoneo rectificatur, quamdiu pyroleum rectificatum coloris expers aut paululum subflavum apparet. Tum ab aqua separatum et optime conquassatum lagenis perparvis, plane replendis et optime claudendis, extemplo infunditur, quæ aquæ submersæ, loco obscuro et frigido servandæ sunt.

Sit limpidum, tenue, coloris expers vel subflavum, reactionis alkalinae. Rejiciatur quod spissum et fuscum factum est.

PYROLEUM BENZINUM.

BENZINUM. BENZOLEUM.

Liquor tenuis, e Pyroleo Lithanthracis paratus, limpidus, coloris expers, odoris haud ingrati, in temperatura ordinaria sine residuo avolans, ponderis specifici 0,85 usque ad 0,88. In temperatura graduum + 81 ad 87 ebulliat.

Cave ne adhibeantur alia, quæ hujus nomen sibi arrogant, liquida pyroleosa, e petroleo americano vel e photogenio parata et inde plerumque agnoscenda, quod ponderis specifici minoris sunt et facilius ebulliunt.

In lagenis optime clausis servandum est, loco frigido.

PYROLEUM LITHANTHRACIS.

(Ph. Dan.)

Stenkolstjära.

E lithanthrace destillatione siccâ paratum, obscure fuscum, spissiusculum, odoris proprii empyreumatici. Servetur in lagenis clausis, loco frigido.

* PYROLEUM OXYCEDRI.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Pyroleum Juniperi.)

OLEUM CADINUM.

Destillatione siccâ ligni **Juniperi Oxycedri** *Lin.*, fruticis Europæ meridionalis indigeni, paratum, spissiusculum, obscure fuscum, odoris simul juniperini atque empyreumatici.

In lagenis bene clausis loco frigido servetur.

PYROLEUM PETRÆUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.: Pyroleum Petræ.)

PETROLEUM ED. VI.

Bergolja. Stenolja.

Liquor tenuis, limpidus, iridescens, coloris expers, subflavus aut subruber, odoris proprii bituminosi, ex Asia et Italia advectus. Cum æquali volumine acidi sulphurici concentrati conquassatus ne incalescat neve post quietem obscuriore colore imbutus appareat.

Cave ne cum petroleo americano vel ejus destillatis aut residuis confundas.

In lagenis bene clausis loco frigido servetur.

PYROLEUM PINI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

PIX LIQUIDA ED. VI.

Tjära.

E ligno **Pini** specierum paratum, spissum, obscure fuscum, odoris empyreumatici, reactionis acidæ.

PYROLEUM SUCCINI CRUDUM.

(Ph. Dan.)

OLEUM SUCCINI CRUDUM ED. VI.

Rå bernstensolja.

Destillatione siccâ **Succini** paratum, fuscum, odoris bituminoso-empyreumatici fortis, reactionis acidæ.

In lagenis bene clausis servandum est.

PYROLEUM SUCCINI RECTIFICATUM.

*(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Pyroleum Succini.)*OLEUM SUCCINI EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM
ED. VI.

Bernstensolja.

Ree. **Pyrolei Succini crudi** quantum placet.

Ope vaporum aquæ bullientis destillando rectificatur, quamdiu destillatum transit coloris expers vel paulum flavidum, quod, ab aqua separatum et bene conquassatum, ut Pyroleum animale reetificatum servetur.

Sit tenne, coloris expers aut flavidum. Rejiciatur quod spissum et fuscum factum est.

RADICES.

Radices plantarum earum, quæ apud nos indigenæ sunt vel eultæ, nisi aliud præscriptum fuit, tempore

auctumnali, herba jam marcescente, optime colliguntur, quod tamen idem vernali etiam tempore ante foliorum explicationem fieri licet. Celeriter mundatæ et lotæ et, si crassiores sunt atque succulentæ, diffissæ filisque suspensæ, vel in aëre vel modico calore adhibito siccantur.

Rejiciendæ sunt radices vetustæ, vermiculis exesæ, excavatæ, decolores, humore vel mucore corruptæ et, si fruticum arborumque excipias, lignosæ.

In scriniis ligneis vel vasis vitreis metallicisve, bene clausis, servantur loco non humido.

* RADIX ALKANNÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

ALCANNÆ RADIX ED. VI.

Alkannarot.

Alkana tinctoria *Tausch* (**Achusa tinctoria** *Lin.*). **Boragineæ.** Herba rediviva Hungariæ et regionum mari mediterraneo adjacentium.

Radix cortice lamelloso, atropurpureo tecta; cortice denudata rejiciatur.

RADIX ALTHÆÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

ALTHÆÆ RADIX ED. VI.

Altearot.

Althæa officinalis *Lin.* **Malvaceæ.** Planta, radice perenni, Europæ mediæ et australis indigena et culta.

Radices secundariæ, a cortice exteriori liberatæ.

RADIX ANGELICÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ANGELICÆ RADIX ED. VI.

Angelikarot.

Archangelica sativa *Miller (sub Angelica)*. (**Archangelica officinalis** *Auct. German.*). **Umbelliferae**.

Planta biennis vel perennis, in regionibus montosis Germaniæ mediæ spontanea et plerumque culta.

Radix diligentissime siccata in theeis optime elausis servanda est.

Cave ne substituantur radices **Angelicæ silvestris** *Lin.* et **Archangelicæ norvegicæ** *Tabernaemontanus* (**Archangelicæ officinalis** *Auct. Svec.*, **Angelicæ Archangelicæ** β *Lin.*), tenuiores et simpliciores.

* RADIX ARNICÆ.

ARNICÆ RADIX ED. VI.

Hästfiblerot.

Arnica montana *Lin.* **Synanthereæ**. Planta perennis Europæ et Americæ borealis, præsertim in montosis creseens.

Rhizoma eum fibrillis radicalibus.

RADIX ARTEMISIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ARTEMISIÆ RADICIS FIBRILLÆ ED. VI.

Gråborot.

Artemisia vulgaris *Lin.* **Synanthereæ**. Herba, radice perenni, totâ fere Europâ frequens.

Fibrillæ radiceis, absque lotionè mundatæ, celeriter siccandæ, in vase optime clauso nec ultra annum servandæ.

♀ RADIX BELLADONNÆ.

(Ph. Dan.)

BELLADONNÆ RADIX ED. VI.

Belladonnarot.

Atropa Belladonna *Lin.* **Solanaceæ.** Herba, radice perenni, in regionibus montosis et silvaticis Europæ mediæ et australis indigena, in Svecia passim culta.

Radix e plantis junioribus spontaneis desumpta, in vase bene clauso, loco obscuro, servanda. Decorticata rejiciatur.

RADIX COLUMBO.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

COLUMBO RADIX ED. VI.

Kolumborot.

Jateorrhiza palmata *Miers.* **Menispermaceæ.** Herba scandens, radice perenni, in regionibus orientalibus Africæ meridionalis spontanea, in India orientali et insulis maris indici culta.

Radix in segmenta suborbicularia dissecta.

RADIX GENTIANÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

GENTIANÆ RADIX ED. VI.

Baggsöterot.

Gentiana lutea *Lin.* **Gentianeæ.** Herba, radice perenni, in regionibus alpinis et subalpinis Germaniæ et Helvetiæ frequens.

Radices **Gentianæ purpureæ** *Lin.* (in alpibus Norvegiæ), **G. pannonicæ** *Scopoli* (in Hungaria) et aliarum **Gentianæ** specierum, huic simillimas, sed tenuio-

res, strictiores et magis griseo-fuscas, et ipsas adhibere licet.

RADIX GLYCYRRHIZÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LIQUIRITILÆ RADIX ED. VI.

Lakritsrot.

Glycyrrhiza glabra *Lin.* **Papilionaceæ.** Planta radice perenni. Forma (α) *typica* in Hispania, Italia, Sicilia, Græcia, cet. indigena; (β) *glandulifera* (**Gl. echinata** *Auctorum*) in Pannonia, Galicia, Russia, Asia minore, cet.

Radix cortice liberata sit, saporis duleis.

Ad pulverem parandum adhibeatur Radix Glycyrrhizæ echinata, quæ etiam **russica** vocatur.

RADIX INULÆ.

(Ph. Dan.)

ENULÆ RADIX ED. VI.

Ålandsrot.

Inula Helenium *Lin.* **Synanthereæ.** Herba, radice perenni, Europæ mediæ et meridionalis indigena, in Svecia passim vel spontanea vel culta.

Radix non decorticata.

RADIX IPECACUANHÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

IPECACUANHÆ RADIX ED. VI.

Kräkrot.

Cephaëlis Ipecacuanha *Willdenow.* **Rubiaceæ.** Suffrutex repens in silvis humidis Brasiliæ.

Pars radice annulata, obscureius vel pallidius fusca, cortice corneo erasso, ligno tenui. Rejiciantur frusta cortice vel omnino destituta vel subtili tantum prædita.

RADIX PIMPINELLÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

PIMPINELLÆ RADIX ED. VI.

Pimpinellrot.

Pimpinella saxifraga *Lin.* Umbelliferæ. Planta rediviva, per totam fere Europam frequens.

* RADIX PYRETHRI.

(Ph. Dan.)

PYRETHRI RADIX ED. VI.

Bertramrot.

Anacyclus officinarum *Hayne.* Synanthereæ. Herba annua patriæ ignotæ, in Germania culta.

Adhibenda est radix foliis et caulibus residuis liberata.

RADIX RATANHIÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

RATANHIÆ RADIX ED. VI.

Ratanhiarot.

Krameria triandra *Ruiz* et *Pavon* et *K. tomentosa* *St. Hil.* *Krameriaceæ.* Frutices nani, illa Peruviae et Boliviae, hæc Novæ Granadæ.

Adhibenda est radix, quæ longa vocatur, sive *Payta*, sive *Savanilla*, cortice non remoto. Rejiciantur brasiliensis, mexicana et texana.

RADIX RHEI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

RHEI INDICI RADIX ED. VI.

Rabarberrot.

Rhei species nondum satis determinatæ. *Polygoneæ.* Plantæ perennes, in partibus borealibus et mediis imperii chinensis atque in regno tibetano indigenæ.

Radicis segmenta cortice omnino liberata, formæ variæ, plerumque pulvere suo conspersa, quæ vel itinere terrestri per Sibiriam (**Rheum moscoviticum**) vel itinere maritimo (**Rheum chinense** vel **indicum**) in Europam apportantur.

Radices earum Rhei specieierum, quæ in Europa coluntur, usurpare non licet.

RADIX SAPONARIÆ.

SAPONARIÆ RADIX ED. VI.

Såpörtrot.

Saponaria officinalis *Lin.* **Silenaceæ.** Herba, radice perenni, in Europa media et australi sat frequens, in hortis Sveciæ non raro eulta.

RADIX SARSAPARILLÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SARSAPARILLÆ RADIX ED. VI.

Sarsaparillrot.

Smilacis species plures, non satis determinatæ. **Liliaceæ.** Suffrutices flexuosi, volubiles, in regionibus calidis Americæ indigeni.

Radices secundariæ, eormo remoto. Adhibenda est radix teres, medullâ albâ farinosâ et cortice crassiore instructa. Radix profunde sulcata, medullâ tenui haud farinosâ et cortice delabente prædita et quæ macilenta est, rejiciatur.

* **RADIX SASSAFRAS.**

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SASSAFRAS RADIX ED. VI.

Sassafrasrot.

Sassafras officinalis *Nees* (**Laurus Sassafras** *Lin.*). **Laurineæ.** Arbor in silvis regionum calidiorum Americæ borealis indigena.

Radicis frusta non nimis crassa, cortice etiamnunc adhærente. Rasuram radicis emere pharmacopolæ non licet.

RADIX SENEGÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SENEGÆ RADIX ED. VI.

Senegarot.

Polygala Senega *Lin.* **Polygaleæ.** Herba, radice perenni, regionum orientalium Americæ borealis.

* RADIX SERPENTARIÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SERPENTARIÆ RADIX ED. VI.

Serpentariarot.

Aristolochia Serpentaria *Lin.* **Aristolochiæ.** Herba perennis, in provinciis australibus Americæ borealis indigena.

Rhizoma cum fibrillis radicalibus.

RADIX TARAXACI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

TARAXACI RADIX ED. VI.

Maskrosrot. Lejontandrot.

Taraxacum officinale *Weber* (**Leontodon Taraxacum** *Lin.*). **Synanthereæ.** Herba, radice perenni, totius Europæ vulgatissima.

Radix auctumno colligenda, siccata.

Radix cum foliis primo vere colligenda, recens.

RADIX VALERIANÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

VALERIANÆ RADIX ED. VI.

Wandelrot,

Valeriana officinalis *Lin.* **Valerianææ.** Planta perennis, per totam Europam sat frequens.

Rhizoma una cum fibrillis radicalibus auctumno colligendum, sine lotionè humo liberandum et loco umbroso celeriter siccandum.

In vase optime clauso servetur.

RAMULI SABINÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SABINÆ RAMULI ED. VI.

Säfvenbom.

Juniperus Sabina *Lin.* **Coniferæ.** Frutex Europæ australis, apud nos interdum cultus.

Partes supremæ ramulorum verno tempore colligendæ, in vase bene clauso absque lucis accessu, **nec ultra annum**, servandæ.

RESINA BENZOË.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

BENZOË AMYGDALOIDES ED. VI.

Benzoeharts.

Styrax Benzoin *Dryander* (**Benzoin officinale** *Hayne*). **Styracææ.** Arbor Indiæ orientalis et insularum moluccensium.

Massa resinosa e trunco vulnerato prodiens, in aëre conereta.

Sint vel massæ e rubro fuscæ, granis laetei coloris interspersæ, vel ejusmodi grana conglutinata, odoris vanillæei. Rejiciatur resina Benzoë, quæ dicitur de Sumatra vel de Penang, colore quasi pastæ Cacao et odore styracino insignis, indeque certius agnoseenda, quod pulvis ejus, eum solutione hypermanganatis kalici non nimis diluta conquassatus, odorem ætherolei amygdalarum amararum spargit.

RESINA COLOPHONIUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

COLOPHONIUM ED. VI.

Harts. Kolofonium.

Pinus Pinaster *Aiton*, **P. silvestris** *Lin.*, **P. palustris** *Aiton*, et aliæ **Pini** species. **Coniferæ**. Arbores Europæ et Americæ borealis.

Resina parata e balsamo arborum, usque ad perfectam ætherolei et aquæ extricationem calefacto.

Sit ex albido flava vel e flavo fusca, diaphana, fragilis, a quisquiliis libera, saporis et odoris fere expers.

RESINA GUAJACI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

GUAJACI RESINA ED. VI.

Guajakharts.

Guajacum officinale *Lin.* **Zygophylleæ**. Arbor Indiæ occidentalis, præsertim insularum Jamaicæ et S:ti Domingo.

Resina e trunco arboris vel calore eliquata vel coquendo eum aqua elicita. Stillat etiam ex arbore sauciata.

Sit in spiritu concentrato et in solutione hydratis natriei plane solubilis.

RESINA JALAPÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Jalapaharts.

Rec. **Tuberum Jalapæ**, in pulverem crassum contusorum, *partem unam*, . . 1.

Spiritus concentrati *partes duas*. . . 2.

Macerantur in vase clauso per dies quinque. Liqueore deinde per expressionem remoto, residuum cum

Spiritus concentrati . . . *partibus duabus* . . 2.

iterum maceratur et fortiter exprimitur; quo facto liquores spirituosi, commixti et filtrati, adjectâ **Aquæ** quartâ eorum parte destillando minuuntur, ut subsidat resina, quæ Aquâ calidâ, donec hæc coloris expers defluat, eluitur et deinde in balneo aquæ calefit, usque dum portiuncula exempta refrigerando facile friabilis fiat. In bacillos formata vase bene clauso servatur.

Sit e flavo fusea, friabilis, fracturâ splendente, in spiritu concentrato tota, in æthere exigua ex parte solubilis.

RESINA MASTIX.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

MASTIX ED. VI.

Mastixharts.

Pistacia Lentiscus *Lin.* var. **chia** *De Candolle.*
Terebinthaceæ. Arbor nana, in insula Chio eulta.

Resina e truncis ramisque vulneratis prodiens, aëris contactu indurata.

Sit electa, a quisquiliis et granis obscurioris coloris libera.

RESINA PINI FLAVA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

RESINA FLAVA ED. VI.

Ljust harts.

Pini species plures (vide **Resinam Colophonium**).

Resina balsami arborum, ad extricationem ætherolei cum aqua cocti, residua.

Sit flava vel e fusco flava, opaca vel hic illic tantum diaphana, a quisquiliis libera, odore et sapore terbinthino.

⚞ RESINA SCAMMONII.

E **Scammonio** eodem modo paratur, quo Resina Jalapæ.

Sit friabilis, e flavo fusca, fracturâ resinosâ, in spiritu concentrato et æthere tota solubilis.

RHIZOMATA.

In his colligendis, siccandis, servandis idem valet, quod de Radicibus monitum est.

RHIZOMA ARI.

ARI RADIX ED. VI.

Dansk ingefära. Aronsrot.

Arum maculatum *Lin.* **Aroideæ.** Planta redi-
viva Europæ mediæ.

RHIZOMA CALAMI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CALAMI RADIX ED. VI.

Kalmusrot.

Acorus Calamus *Lin.* **Aroideæ.** Herba rediviva orientalis, in paludibus Europæ quasi indigena.

Rhizoma auctumno jam exeunte colligendum et nequaquam decorticandum.

RHIZOMA FILICIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

FILICIS MARIS RADIX ED. VI.

Ormbunkerot.

Polystichum Filix mas *Roth* (**Polypodium Filix mas** *Lin.*). **Polypodiaceæ.** Filix per totam fere Europam frequens.

Rhizoma una cum basibus petiolorum mensibus Augusti et Septembris colligendum, petiolis vetulis remotis diligenter siccandum et in vasis siccis bene clausis, **nec ultra annum**, servandum. Rejjiciantur rhizomata, quæ fracturam præbeant eoloris vel cinnamomei vel fusci; decorticata ne serventur.

RHIZOMA GALANGÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

GALANGÆ RADIX ED. VI.

Galgorot.

Alpinia officinarum *Fletcher Hance.* **Scitamineæ.** Planta rhizomate perenni in China indigena.

RHIZOMA IRIDIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

IRIDIS FLORENTINÆ RADIX ED. VI.

Violrot.

Iris florentina *Lin.* et **I. pallida** *Lamarck.* **Irideæ.** Plantæ perennes Europæ meridionalis, indigenæ et cultæ.

Rhizoma deeorficatum, albidum.

RHIZOMA TORMENTILLÆ.

TORMENTILLÆ RADIX ED. VI.

Blodrot.

Potentilla Tormentilla *Sibthorp* (**Tormentilla erecta** *Lin.*). **Senticosæ.** Herba rediviva, per totam Europam frequens.

Rhizoma vernali tempore colligendum.

RHIZOMA ZINGIBERIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

ZINGIBERIS RADIX ED. VI.

Ingefära.

Zingiber officinale *Roscoe* (**Amomum Zingiber** *Lin.*). **Scitamineæ.** Herba rediviva, Indiæ orientalis spontanea, in regionibus tropicis frequenter eulta.

Rhizomata seeundaria, vel undique vel in faeiebus modo deeorficata, intus subflava aut albida, saporis acerrimi. Rejieiantur quæ chloro vel calee albissima sint reddita.

SACCHARUM LACTIS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Mjölksöcker.

Crystalli albidæ, vel in cylindros vel in crustas concretæ, quæ pulverem album præbent et cum aqua partibus septem solutionem limpidam efficiunt.

Rejiciatur quod coloris flavidi, reactionis acidæ sit, quodve odore rancido sit imbutum vel mucore affectum.

SAL CARLSBADENSE FACTITIUM.

(Cfr Ph. Dan.: Sal thermarum Carolinensium artificiale.)

Konstgjordt Karlsbadersalt.

Rec. **Chloreți natrici** pulverati. . . *partem unam*, . 1.

Bicarbonatis natrici pulverati *partes duas*, . . 2.

Sulphatis natrici, pulverati . *partes quinque*. 5.

Miscentur et in vase bene clauso servantur. Detur hoc sal, nisi sal genuinum diserte postulatum fuerit.

* SAL CARLSBADENSE GENUINUM.

Äkta Karlsbadersalt.

Ex aquis thermarum carolinæ evaporacione paratum, crystallinum, coloris expers, siccum, in aqua totum solubile.

In vase bene clauso servetur.

SALICYLAS NATRICUS.

Vide appendicem.

SANTONINUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Crystalli coloris expertes, sed quæ luci expositæ flavescunt et mutantur, in aqua frigida vix, in spiritus concentrati fervidi vel in chloroformii partibus tribus limpide solubiles. Ignitæ partim avolent, partim sine residuo comburantur.

In vase denigrato servandum est.

SAPO ALBUS HISPANICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.: Sapo albus oleaceus.)

Spansk tvål. Silkestvål.

Sapo natricus ex Oleo Olivarum paratus.

Sit albus, durus, in aëre neque humescens neque crustam quandam salium secernens, odoris non rancidi, et in spiritu et in aqua perfecte solubilis.

Cave ne loco ejus adhibeatur sapo ex oleo Cocos vel ex alio oleo, non olivacco, paratus.

SAPO BUTYRINUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.: Sapo butyraceus.)

SAPO E BUTYRO ED. VI.

Smörtvål.

Sapo natricus e butyro paratus.

Sit albidus, odoris haud rancidi, vel in aqua vel in spiritu, residuo exiguo tantum relicto, solubilis.

SAPO VIRIDIS.

Grönsåpa.

Sapo kalicus ex oleis vegetabilium vilioribus paratus, glycerinum quoque et salium portionem quandam continens.

Cave ne adipem piscinum vel phocæ redoleat.

SCAMMONIUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SCAMMONIUM ALEPPENSE ED. VI.

Convolvulus Scammonia *Lin.* **Convolvulaceæ.**

Planta perennis, in Asia minore et Syria spontanea.

Succus lacteus e radice abscissa exsudans, in aëre induratus.

Vide ne farinâ, carbonate vel sulphate calcicis, vel aliis heterogeneis adulteratum sit.

§ SECALE CORNUTUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Mjöldryga.

Claviceps purpurea *Tulasne.* **Pyrenomycetes.**

Fungus in floribus gramineis parasiticus, in Svecia indigenus.

Mycelia fungi (**Spermoedia Clavus** *Fries*) e spicis **Secalis cerealis**, ante perfectam ipsius maturitatem, in agro colligenda, leni calore siccanda et in vase bene clauso, **nec ultra annum**, servanda.

Rejicienda sunt corrosa, mucida vel quæ odorem ammoniacalem exhalant.

SEMINA.

Semina matura sint. Quum pleraque cito depraventur, eorum neque major copia comparanda est neque comparata diutius servanda.

Rejiciantur vetusta, rancida, mucore affecta vel insectis corrosa.

A quisquiliis mundata ac bene siccata in vasis probe clausis serventur.

SEMINA AMYGDALI AMARA.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Amygdali amarum.)

AMYGDALÆ AMARÆ ED. VI.

Bittermandlar.

Amygdalus communis *Lin.* var. *amara* *De Candolle.* **Drupaceæ.** Arbor in regionibus mediterraneis indigena et ubique culta.

Semina a testa externa liberata. Cave ne Semina Amygdali dulcia immixta adsint.

SEMINA AMYGDALI DULCIA.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Amygdali dulce.)

AMYGDALÆ DULCES ED. VI.

Sötmandlar.

Amygdalus communis *Lin.* var. *dulcis* *De Candolle.* **Drupaceæ.** Arbor in regionibus mediterraneis indigena et frequentissime culta.

Semina testâ externâ liberata. Removeantur Semina Amygdali amara fortasse immixta.

SEMINA CACAO.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Cacao.)

CACAO SEMINA ED. VI.

Chocoladbönor. Kakaobönor.

Theobroma Cacao *Lin.* et aliæ **Theobromatis** species. **Büttneriaceæ.** Arbores in America calida indigenæ ibique etiam eultæ.

Semina fermentatione mitigata, qualia sunt *caracensia*, *berbicea*, *guatemalensia*, cet.

* ♂♂ SEMINA CALABAR.

(Ph. Dan.: Semen Calabar s. Physostigmatis.)

SEMINA PHYSOSTIGMATIS.

Kalabarbönor. Ordaliebönor.

Physostigma venenosum *Balfour*. **Papilionaceæ.**

Planta volubilis perennis, Africae occidentalis tropicae indigena.

Cautè serventur.

SEMINA CARDAMOMI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.: Fructus Cardamomi.)

CARDAMOMI MINORIS SEMINA ED. VI.

Kardemummor.

Elettaria Cardamomum *White et Matoni*. **Scitamineæ.** Planta perennis Indiae orientalis, praesertim Malabariae.

Semina pericarpis inclusa.

♂ SEMINA COLCHICI.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Colchici.)

COLCHICI SEMINA ED. VI.

Tidlösefrön.

Colchicum autumnale *Lin.* **Colchicaceæ.** Planta bulbosa, in Europa media et australi indigena, apud nos culta.

Semina plane matura, prima aestate colligenda nec diu servanda.

SEMINA CYDONIÆ.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Cydoniæ.)

CYDONIORUM SEMINA ED. VI.

Qvittenkärnor.

Cydonia vulgaris *Persoon* (**Pyrus Cydonia** *Lin.*).

Pomaceæ. Arbor nana, quæ Orientis atque Europæ meridionalis indigena, in Europa media colitur.

SEMINA LINI.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: *Semen Lini.*)

LINI SEMINA ED. VI.

Linfrön.

Linum usitatissimum *Lin.* **Lineæ.** Planta annua patriæ incertæ, apud nos culta.

SEMINA MYRISTICÆ.

(Ph. Dan.: *Semen Myrasticæ.*)

NUX MOSCHATA ED. VI.

Muskater. Muskot.

Myristica fragrans *Houttuyn* (**M. moschata** *Thunberg*). **Myristicææ.** Arbor insularum moluccensium; ibi et in India orientali culta.

Semina testâ externâ liberata.

§ SEMINA NUCIS VOMICÆ.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: *Semen Nucis vomicæ.*)

NUX VOMICA ED. VI.

Räfkakor.

Strychnos Nux vomica *Lin.* **Strychneæ.** Arbor Indiæ orientalis.

Semina integra. Pulverata vel rasa emere non licet.

* SEMINA PIPERIS.

PIPER ALBUM ED. VI.

Hvitpeppar.

Piper nigrum *Lin.* **Piperaceæ.** Frutex scandens,
in India orientali indigenus et cultus.

SEMINA QUERCUS.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Quercus.)

QUERCUS GLANDES ED. VI.

Ekollon.

Quercus pedunculata *Ehrhardt* (**Q. Robur** *Lin.*)
et **Q. sessiliflora** *Smith* (**Q. Robur β** *Lin.*). **Cupuli-**
feræ. Arbores Sveciæ australis et mediæ.

SEMINA SINAPIS NIGRÆ.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Semen Sinapis nigræ.)

SINAPIS NIGRÆ SEMINA ED. VI.

Svart Senap.

Sinapis nigra *Lin.* (**Brassica nigra** *Koch*). **Cru-**
ciferæ. Planta annua, totam fere Europam habitans,
frequenter culta.

‡ SEMINA STRAMONII.

(Ph. Dan.: Semen Stramonii.)

STRAMONII SEMINA ED. VI.

Spikklubbefrön.

Datura Stramonium *Lin.* **Solanaceæ.** Herba
annua orientalis, in Svecia passim quasi indigena.

SERICUM ADHÆSIVUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Engelskt plâster.

Rec. **Gelatinæ albæ** *partes decem.* 10.
Aquæ destillatæ fervidæ . . . *partes centum*
et decem. . . 110.

Fit solutio, quâ etiammunc calidâ **Sericum** (aut colorem faciei referens aut nigrum), quod pro singulis gelatinæ albæ grammatis superficiem centimetrorum quadratorum circiter ducentorum præbet, tendiculæ ope expansum illinitur, cavendo, ne solutio in aversam serici partem permeet; quo facto sericum loco mediocriter calido seponitur, ut siccet. Quæ illinendi opera repetenda est, donec solutionis dimidia pars consumpta sit.

Solutioni residuæ calefactæ deinde admiscentur

Spiritus concentrati . . . *partes quadraginta* 40.
 et **Glycerini** *pars una;* 1.
 quâ mistione sericum eodem modo iterum repetitis vicibus obducitur.

Postremo aversa serici pars **Tincturæ tolutanae** sufficiente quantitate illinenda est et bene siccanda.

Loco sicco servetur.

SERUM LACTIS ALUMINATUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Aluuvassla.

Rec. **Sulphatis aluminico-kalici** pulverati *partem unam,* . . . 1.

Lactis vaccini recentis . . *partes ducentas.* 200.

Commixta et ad ebullitionem fere calefacta agitantur, usque dum coagulatio effecta sit: deinde liquor refrigeratus colatur.

Paretur ex tempore.

SOLUTIO ACETATIS AMMONICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Rec. **Acidi acetici** partes duodecim. . . 12.

His adduntur

Solutionis Ammoniaci partes decem, 10.
vel tantum, ut liquor, acidi instar etiamnunc reagens,
saporem tamen acidum omnem deponat.Sit limpida, coloris expers, calore adhibito plane
volatilis, ab empyreumate, oxidis metallicis, cet. libera.
Habeat pondus specificum 1,038 usque ad 1,042, id
quod 20 partibus acetatis ammoniaci in 100 partibus
respondet.

In vase bene clauso servetur.

SOLUTIO ACIDI CARBONICI.

AQUA ACIDI CARBONICI ED. VI.

Kolsyrevatten.

Aqua fontana, quam in vase clauso diu servatam
non putrescere notum est, in apparatu idoneo cum
Gase Acidi carbonici puro, aëris atmosphærici experte
et aquâ loto, tamdiu quassatur, quamdiu acidi carbo-
nici aliquid solvitur; quod dum fit, aqua frigefacienda
est et aëri ex ea expulso sæpius dandus est evadendi
locus.Solutio gasis saturata in lagenas vitreas frigefactas
immittitur, quæ suberibus selectis, vinculo apto lagenis
infixis, obturantur. Deinde loeo frigido servetur.Sit limpida, in aëre effervescens; odorem vel sa-
porem bituminosum aut sulphuratum nullum omnino
habeat.

SOLUTIO ACIDI PHENYLICI.

(Ph. Norv.)

loco AQUE CREOSOTI ED. VI.

- Rec. **Acidi phenylici** *partes duas,* 2.
Aquæ destillatæ *partes centum.* 100.
 Fit solutio limpida.

SOLUTIO AMMONIACI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

AMMONIACUM CAUSTICUM ED. VI.

Kaustik ammoniak.

Sit limpida, coloris expers, plane volatilis, ab oxido calcico, metallis, chloro, acidoque sulphurico omnino pura, ab acido carbonico quantum fieri potest libera. Acido hydrochlorato diluto ad reactionem neutram efficiendam addito, liquor limpidus, coloris odorisque expers oriatur, qui, vaporando ad siccum redactus, residuum coloris expers relinquat. Habeat pondus specificum 0,960, quod respondet 10 partibus ammoniaci anhydri in 100 partibus solutionis.

In vasis, epistomiis vitreis optime clausis, servanda est.

SOLUTIO AMMONIACI SPIRITUOSA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Solutionis Ammoniaci,** 1.
Spiritus concentrati, singulorum *partes*
æquales. 1.

Miscentur et in vase bene clauso servantur.

Continet 5 partes centesimas ammoniaci anhydri.

SOLUTIO CARBONATIS KALICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco SOLUTIONIS CARBONATIS KALICI ED. VI.

Rec. **Carbonatis kalici** *partes tres*, . . . 3.
Aquæ destillatæ *partes decem*. . . 10.

Solutioni filtratæ tantum **Aquæ destillatæ**, si opus est, additur, ut pondus specificum 1,190 usque ad 1,194 habeat, quod respondet 20 partibus carbonatis kalici in 100 solutionis partibus.

Sit limpida et coloris expers.

Obs. Partes **tres** respondent partibus **duabus** fere Solutionis Carbonatis kalici Ed. VI.

SOLUTIO CHLORETI FERRICI.

Vide appendicem.

SOLUTIO CHLORETI FERRICI SPIRITUOSA.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

Rec. **ChloreTI ferrici** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes novem*. . . 9.

Fit solutio, in vase non pellucido servanda.

SOLUTIO CHLORETI FERRICI SPIRITUOSO-
ÆTHEREA.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

Rec. **ChloreTI ferrici** *partem unam*, . . . 1.
Aetheris spirituosI *partes novem*. . . 9.

Efficitur hinc solutio, quæ in vase opaco et bene clauso servanda est.

SOLUTIO CHLORI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

AQUA CHLORI ED. VI.

Klorvatten.

Cucurbitæ longicollis, impletæ **Superoxidi mangani** frustis, quæ magnitudinem nucis avellanæ adæquent, tantum **Acidi hydrochlorati crudi** infunditur, quantum dimidiam partem cucurbitæ replet, quo facto dimidium colli ejusmodi frustis repletur. Chlorum gasiforme, cucurbitam leniter calefaciendo line natum, ope tubi vitrei per **Aquam destillatam** perducitur, quæ lagenam quandam, loeo non aprieo colloeatam, ad dimidium fere implet. Quæ lagena, quum ejus pars superior jam gase subflavo viridi repleta est, eum alia simili lagena commutatur. Priore epistomio vitreo munitâ, gas cum aqua conquassatur, quod etiam cum altera fit, simulatque vacua ejus pars gase repleta est, ipsâ iterum cum illa commutatâ; in quo faciendo pergitur, quamdiu ad temperaturam graduum + 8 ad 12 gas ab aqua solvitur.

Sit limpida, coloris paullum subviridis, echartam exploratoriam statim decolorans. Ejus partes centum, si eas sulphatis ferrosi partibus duabus cum dimidia, aquâ solutis, admiseris, guttis solutionis hypermanganatis kalici instillatis etiamnunc tingentur; contineat igitur minimum 0,32 partes chlori in 100 partibus.

In lagenis parvis, haud pellucidis, iisdemque semper plane repletis, quæ vitreis obturamentis munitæ sint, in cella servetur.

SOLUTIO HYDRATIS CALCIICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

AQUA CALCIS ED. VI.

Kalkhydratlösning. Kalkvatten.

Rec. **Oxidi calcici** *partem unam*, . . . 1.**Aquæ destillatæ** *partes viginti*, . . . 20.

Diligenter mixta seponuntur, donec subsederint, quo facto liquor defusus rejicitur et residuo adduntur

Aquæ destillatæ *partes centum*, . . . 100.

Serventur in lagenâ accurate obturanda et interdum agitanda; quum autem dispensanda est solutio, limpida defundi vel cito et, quantum fieri potest, absque aëris accessu per chartam colari debet.

Sit limpida, coloris expers, reactione alkalinâ. Ad ebullitionem calefacta turbetur.

SOLUTIO HYDRATIS NATRICI.

(Ph. Dan.)

Rec. **Carbonatis natri** *partes quatuor*, . . . 4.**Aquæ destillatæ** *partes viginti*, . . . 20.**Oxidi calcici** *partem unam*, . . . 1.

Carbonati, in quindecim partibus aquæ soluto, additur oxidum calcicum, quod quinque aquæ partibus affusis primum in hydratem, dein in pulvem conversum est; quo facto in lagenâ, optime claudenda et sæpissime agitanda, ad temperaturam +15° ad 25° seponuntur per dies aliquot, vel donec portiuncula liquoris exempta et filtrata solutione hydratis calcici non turbetur. Deinde, quum partes insolubiles subsederunt, solutio limpida ope siphonis defunditur atque in vase ferreo bene polito vel argenteo puro celeriter evaporatur, donec refrigerata pondus specificum 1,215 usque ad 1,219 exhi-

beat, quod 20 partibus hydratis natriei in 100 partibus respondet.

Quæ cum insolubilibus restant, ea, **Aquam destillatam** affundendo, novam suppeditare possunt solutionis copiam, ut jam præscriptum est, defundendæ et evaporandæ.

Sit limpida, coloris expers aut paullum flavida, ab acido carbonico quantum fieri potest libera; sulphatis natriei et chloreti natriei vestigia modo præbeat.

In lagenis vitreis servetur, quæ epistomiis vitreis, sevi aut paraffini portiunculâ obductis, optime sunt claudendæ.

SOLUTIO IODI SPIRITUOSA.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. **Iodi** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati . . . *partes undeviginti*. 19.

In lagena obturanda conquassantur, donec iodum solutum fuerit; tum solutio limpide defusa in vitro non pellueido, epistomio vitreo ocluso, servatur.

Copia hujus solutionis solummodo ad usum temporis brevioris accommodata paretur.

§ § SOLUTIO NITRATIS HYDRARGYRI.

Rec. **Hydrargyri depurati**. . . *partes decem*, . . . 10.
Acidi nitrici. *partes triginta sex*. 36.

Solvitur caloris ope hydrargyrum in acido; quo facto solutio evaporat, usque dum remaneant *partes septem et viginti* (27), quæ in vase, epistomio vitreo munito, **caute** servandæ sunt.

* SOLUTIO SUBACETATIS FERRICI.

(Ph. Dan.)

Rec. Sulphatis ferrosi partes quadraginta. 40.

Ope Acidi nitrici, addito Acido sulphurico concentrato, in sulphatem ferricum convertuntur, qui Solutione Ammoniaci præcipitatur, quo modo ad Hydratem ferricum parandum præscriptum est. Precipitatum, Aquâ destillatâ frigidâ bene elotum et in linteo diligenter collectum, una cum linteo chartâ bibulâ involutum, prelo caute exprimitur; quæ operatio repetenda est, donec hydratis ferrici pondus sit *partium triginta duarum ad trium* (32—33). Deinde hydrati ferrico comminuto et in lagenam immisso affunduntur

Acidi acetici partes sexaginta quatuor, 64. quæ, lagenam sæpius agitando, loco non calido, absque lucis accessu seponuntur, donec hydratis ferrici pars pæne nulla remaneat non soluta. Tum quæ soluta sunt per linteum colantur, quod eâ Aquæ destillatæ copiâ eluitur, ut solutionem habeas *partium centum* (100).

Sit coloris obscure e rubro fuscii, ab acido sulphurico fere libera, ponderis specifici 1,134 usque ad 1,138, ferri itaque partes 8, vel oxidi ferrici partes fere 11,4, continens in 100 partibus.

In vase optime clauso et a luce remoto servetur tali loco, cujus temperatura sit +10° ad +18°.

* SOLUTIO SUBACETATIS FERRICI
SPIRITUOSO-ÆTHEREA.

(Ph. Dan.)

Rec. Aetheris acetici partes decem, . . 10.
Spiritus concentrati partes quindecim, 15.
Solutionis Subacetatis ferrici partes septuaginta quinque. . . . 75.

Misceantur et in vase optime clauso, a luce remoto servantur.

Partes 100 continent ferri partes 6.

SOLUTIO SUBACETATIS PLUMBICI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Blyättika.

Rec. **Oxidi plumbici pulverati** . . . partes tres, . 3.
Acetatis plumbici crudi . . . partes decem, 10.
Aquæ destillatæ . . . partes quadraginta sex. 46.

In lagena clausa, interdum agitanda, mixta sepountur, donec paucillum tantum residui non solutum remaneat. Tum solutio, ab aëre quantum fieri potest defensa, filtratur et in lagenis non magnis, replendis et optime obturandis, servatur.

Sit limpida, coloris expers, reactionis alkalinae, a cupro co usque libera, ut, additâ solutione ammoniaci, non tingatur colore caeruleo vel viridescente. Pondus specificum sit 1,170 usque ad 1,175. Continet 20 partes subacetatis plumbici in 100 partibus.

SOLUTIO SUBACETATIS PLUMBICI DILUTA.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

AQUA SUBACETATIS PLUMBICI ED. VI.

Blyvatten.

Rec. **Solutionis Subacetatis plumbici** partes duas, 2.
Spiritus tenuis partes octo, 8.
Aquæ destillatæ partes nonaginta. 90.

Misceantur.

Servetur in vasis optime clausis.

SOLUTIO SULPHATIS MAGNESICI
CARBONICA.

Bittervatten.

Rec. **Sulphatis magnesici** *partem unam*. . . 1.

Solvitur in

Aquæ fontanæ (qualis ad Solutionem Acidi
carbonici parandam præscripta est) *partibus*
quinque. . . 5.

Solutio **Gase Acidi carbonici** saturatur et in la-
genis vitreis, bene et firmiter obturatis, asservatur.

SOLUTIO SUPERCARBONATIS NATRICI.

AQUA SODÆ.

AQUA SUPERCARBONATIS NATRICI ED. VI.

Rec. **Carbonatis natri**ci *partem unam*. . . 1.

Solvitur in tanta **Aquæ fontanæ** quantitate, ut,
quum solutio **Gase Acidi carbonici** imbuta est, pondus
habeat *partium centum*. . . 100.

Servetur ut Solutio Acidi carbonici.

SOLUTIO SUPERIODETI KALICI.

(*Ph. Norv.*)

loco SOLUTIONIS SUPERJODETI KALICI ED. VI.

Rec. **Iodi** *partem unam*, . . 1.

Iodeti kalici. *partes duas*, . . . 2.

Aquæ destillatæ . . *partes nonaginta septem*. 97.

Fit solutio.

Paretur ex tempore.

Obs. **Quatuor** partes respondent partibus **tribus**
Solutionis Superjodeti kalici Ed. VI.

SPECIES AD DECOCTUM LIGNORUM.

(Cfr Ph. Norv.: *Species Decocti Lignorum*, & Ph. Dan.: *Species pro Decocto Lignorum*.)

- Rec. **Radicis Glycyrrhizæ** incisæ . *partem unam*, . 1.
Radicis Saponariæ incisæ . . *partes duas*, . . 2.
Ligni Juniperi rasi *partes quatuor*, 4.
Ligni Guajaci rasi *partes sex*. . . 6.
 Miscentur.
-

SPECIES AD FOMENTUM RESOLVENS.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: *Species resolventes*.)

SPECIES RESOLVENTES.

- Rec. **Fructuum Lupuli**, 1.
Herbæ Absinthii, 1.
Florum Chamomillæ, singulorum *partem unam*, 1.
Herbæ Menthæ crispæ . . . *partes duas*. . . 2.
 Seorsum incisa et ponderata commiscentur.
-

SPECIES AD INFUSUM AMARUM.

(Cfr Ph. Norv.: *Species amaræ*. — Cfr Ph. Dan.: *Species pro Thea amara*.)

SPECIES AMARÆ BOECKERI.

- Rec. **Fructuum Anisi stellati** contusorum *partem unam*, . . . 1.
Ligni Quassiaë rasi, 2.
Foliorum Cardui benedicti concisorum, singulorum *partes duas*. . . 2.
 Miscentur.
-

SPECIES AD INFUSUM PECTORALE.

(Cfr Ph. Norv.: *Species pectorales.* — Cfr Ph. Dan.:
Species pro Thea pectorali.)

SPECIES PECTORALES ED. VI.

- Rec. **Fructuum Anisi stellati** . . partes duas, . . . 2.
Florum Verbasci partes quinque, 5.
Radicis Althææ, 10.
Herbæ Hyssopi, singulorum partes decem, . 10.
Herbæ Cerefolii partes viginti. . 20.
 Seorsum contusa et incisa ponderantur et miscentur.
-

SPECIES PRO VAPORIBUS CHLORI.

- Rec. **Superoxidi manganici pulverati** partem unam, 1.
Acidi hydrochlorati crudi . . . partes tres. . 3.
 Separatim dantur.
-

SPIRITUS AMMONIACATUS ANISATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

LIQUOR AMMONIACI ANISATUS ED. VI.

- Rec. **Aetherolei Anisi** partem unam, 1.
Spiritus concentrati . . partes triginta duas. 32.
 Solutis admiscentur
Solutionis Ammoniaci partes septem. 7.
 Servetur in vase bene clauso.
-

SPIRITUS CAMPHORATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loeo SOLUTIONIS CAMPHORÆ SPIRITUOSÆ ED. VI.

Kamfersprit.

Rec. **Camphoræ** *partem unam*, . . 1.**Spiritus diluti** *partes novem*. . . 9.

Conquassantur donee camphora soluta sit.

Sit limpidus et coloris expers.

Servetur in vase bene clauso.

Obs. Partes **quinque** respondent partibus fere **octo**
Solutionis Camphoræ spirituosæ Ed. VI.

SPIRITUS CONCENTRATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Koneentrerad sprit.

Sit limpidus, coloris expers, plane volatilis, odoris proprii, chartas exploratorias haud mutans, a fermentoleis et metallis liber, ponderis specifici 0,830 usque ad 0,834, id quod indicat alcoholis partes, mensurâ dimensas, 91 ad 90 in 100 partibus contineri.

Servetur in lagenis vitreis, obturamentis suberinis vel vitreis optime claudendis, loeo frigido.

SPIRITUS DILUTUS.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: 0,890—0,894.)

Utspädd sprit.

Sit ponderis specifici 0,901 usque ad 0,905, id quod respondet alcoholis partibus, mensurâ dimensis, 65 ad 64 in 100 partibus. Ceterum ita se habeat, ut de Spiritu concentrato dieitur, eodemque modo servetur.

SPIRITUS LAVANDULÆ.

(Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.)

SPIRITUS LAVENDULÆ ED. VI.

Lavendelsprit.

Rec. **Florum Lavandulæ** concisorum *partes tres*, 3.**Aquæ** *partes quinque*, . 5.**Spiritus diluti** *partes quindecim*. 15.Per horas viginti quatuor maceratis, balnei vaporis calore destillando eliciuntur *partes decem* (10) conquassando miscendæ.

Sit limpidus, coloris expers.

SPIRITUS ROSMARINI.

(Cfr Ph. Norv.)

Rosmarinsprit.

Paratur e **Foliis Rosmarini** eodem modo, quo Spiritus Lavandulæ.

* SPIRITUS ROSMARINI COMPOSITUS.

SPIRITUS VULNERARIUS.

Rec. **Florum Millefolii**, 1.**Herbæ Thymi**, singulorum concisorum *partem unam*, . . . 1.**Foliorum Rosmarini** concisorum *partes tres*, 3.**Spiritus tenuis** *partes triginta*. . . 30.Per diem noctemque in alembico maceratis, destillando eliciuntur *partes quindecim*. . . 15.

Sit limpidus et coloris expers.

SPIRITUS SINAPIS.

Senapsprit.

Rec. **Aetherolei Sinapis** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati *partes quadraginta*
novem 49.

Fit solutio, in vitro optime clauso servanda.

SPIRITUS TENUIS.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: 0,940—0,942.)

SPIRITUS FRUMENTI DEPURATUS ED. VI.

Bränvin.

Sit limpidus, coloris expers, a fermentoleo quantum fieri potest depuratus, ponderis specifici 0,935, id quod respondet alcoholis partibus, mensurâ dimensis, fere 50 in 100 partibus.

SPONGIA CERATA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Vaxsvamp.

Spongiæ marinæ frusta tenera, ab arenulis aliisque heterogeneis purgata, in **Ceram flavam** liquefactam ita immerguntur, ut eâ bene imbuantur; tum prelo calefacto fortiter exprimuntur, donec refrigescant. Cerâ superfluâ remotâ servantur.

SPONGIA MARINA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Badsvamp. .

Spongia officinalis *Lin.* Zoophytum in submarinis marium mediterranei et rubri.

Pars fibroso-cellulosa, materiâ carnosâ remotâ.

Eligantur spongiæ mollissimæ, foraminibus minutis præditæ, a lapillis arenaque purgatæ, arte haud dealbatæ.

STIGMATA CROCI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

CROCUS ORIENTALIS ED. VI.

Saffran.

Crocus sativus *Lin.* **Irideæ.** Planta bulbosa orientalis, in Europa meridionali culta.

Stigmata siccata. Præferenda sunt gallica, quæ **Gatinais** vocantur.

Serventur a luce remota, in vase optime clauso, loco frigidulo.

STIPITES DULCAMARÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

DULCAMARÆ STIPITES ED. VI.

Qvesvedstänglar.

Solanum Dulcamara *Lin.* **Solanaceæ.** Suffrutex sarmentosus, Sveciæ indigenus.

Caules (stipites) hieme vel primo vere colligendi.

* STIPITES LAMINARIÆ.

Laminaria digitata *Lamouroux*. **Fucaceæ**. Planta perennis marina, in rupibus litorum occidentalium Scandinaviæ crescens.

Thalli partes inferiores teretes.

* ☿☿ STRYCHNINA.

(*Ph. Dan.*)

Stryknin.

Pulvis albus vel crystalli coloris expertes, quæ in aqua diffieillime, in spiritu concentrato facile, in æthere vel in aleohole anhydro non solvuntur. In aëre ignita sine residuo comburantur; acidum nitricum colore nullo imbuant.

Cautissime servetur.

SUBNITRAS BISMUTHICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MAGISTERIUM BISMUTHI.

Basisk salpetersyrad vismutoxid.

Acidi nitrici *partibus novem* (9), in eucurbitam vitream immissis, adduntur partitis vieibus **Bismuthi** comminuti *partes due* (2), quæ ut solvantur, acidi vis leniter calcfaciendo sub finem augetur. Deinde solutio per gossypii portiunculam, acido nitrico antea imbutam, transfunditur et, tali modo limpida facta, evaporando refrigerandoque ad crystallos ponendas eogitur, quæ muriâ liberatæ calore nequaquam adhibito siccantur.

Nitratis bismuthici ita parati et in pulverem
 contriti *pars una* 1.
 cum **Aquæ destillatæ** *partibus quatuor* 4.
 miscetur; quæ mistio in vas effunditur, cui insunt

Aquæ destillatæ fervidæ *partes viginti una*, 21.
 interea bene agitandæ. Tum a præcipitato hinc orto
 et quiete demisso liquor supernatans, ut primum refri-
 xit, defundendo separatur, quo facto illud, colo colle-
 ctum et **Aquæ destillatæ** *partibus decem* (10) sensim
 additis leviter elutum, inter chartæ bibulæ plagulas,
 quamdiu hæ madefiunt, accurate exprimitur et ad ca-
 lorem gradus 30 non superantem siccatur.

Sit pulvis crystallinus, levis, albissimus, qui sine
 effervescentia in acido nitrico plane solvatur. Ab acido
 sulphurico, chloro, arsenico aliisque metallis liber sit.

* SUCCINUM.

(*Ph. Dan.*)

Bernsten.

Pinites succinifer *Göppert et Berendt*. **Coniferæ**.
 Arbor antiquissimi temporis, jam exstincta.

Resina fossilis. Adhibeatur flavum vel e flavo fu-
 scum, pellucidum aut opacum.

SULPHAS ALUMINICO-KALICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

ALUMEN CRUDUM ED. VI.

Svafvelsyradt lerjord-kali. Kali-alun.

Crystalli coloris expertes, subfatiscentes, in aqua
 frigidæ partibus sedecim ad viginti, non in spiritu so-
 lubiles. Ferri nisi minimam partem ne contineant.

SULPHAS ALUMINICO-KALICUS USTUS.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Sulphas aluminico-kalicus siccatus.)

ALUMEN USTUM ED. VI.

Bränd alun.

Rec. **Sulphatis aluminico-kalici** contusi quantum vis.

In patina fictili non vitreata, satis capaci, incalescit igne leni, sensim sed non nimis augendo, donec aqua abierit et residuum in massam spongiosam, levem, sit conversum.

Sit albus, in aqua lente sed ex maxima parte solubilis. Servetur in vase bene clauso.

§ § SULPHAS ATROPICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Svafvelsyrad atropin.

Pulvis vel crystalli tennes, albæ, quæ cum aqua solutionem plane limpida facillime efficiant, acidâ reactione carentem. Solvantur etiam in spiritu, non vero in æthere. Acido sulphurico concentrato addito ne colorentur. In aëre ignita residuum nullum relinquunt.

Caute servandus est.

SULPHAS CALCICUS USTUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Bränd svafvelsyrad kalk. Bränd gips.

Pulvis albus, qui, aquâ additâ in pulvem redactus, brevi tempore indurescat.

Servetur in vase bene ocluso, ne aquam ex aëre attrahat.

SULPHAS CHINICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SULPHAS QUINICUS ED. VI.

Svafvelsyrad chinin.

Crystalli graciles, leves, albissimæ, quæ in aquæ frigidæ partibus octingentis fere, in aquæ ferventis partibus triginta, in spiritus concentrati partibus sexaginta, in æthere vero difficillime solvuntur. Ignitæ sine residuo tandem comburantur; acidum sulphuricum concentratum, sive frigidum sive calefactum, ex iis additis colorem tantum flavescentem ducat. A sulphatibus cinchonico, chinidinico, cæ., eo usque liberæ sint, ut grammata quinque solutionis earum saturatæ (quæ, in temperatura ordinaria, e grammate uno sulphatis hujusce chinici et grammatis decem aquæ destillatæ conquassando et filtrando sit parata), si cum grammatis septem solutionis ammoniaci in laguncula bene claudenda conquassantur, mistionem exhibeant omnino limpidam, nullo præcipitato in ea aut suspenso aut demisso.

In vase bene clauso servandus est, ne fatiscat.

* SULPHAS CINCHONICUS.

Svafvelsyrad cinchonin.

Crystalli albæ, nitentes, in aquæ frigidæ partibus quinquaginta quatuor, in spiritus concentrati partibus septem solubiles, in æthere insolubiles. Ignitæ plane deflagrent.

SULPHAS CUPRICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

VITRIOLUM CUPRI ED. VI.

Svafvelsyrad kopparoxid.

Crystalli cyanæ, diaphanæ, quæ in aquæ frigidæ partibus quatuor fere, in aquæ bullientis partibus æquis

plane solvuntur. A ferro et zinco aliisque materiis alienis liberæ sint.

Servetur in vase clauso, ne aquam crystallisationis perdat.

* SULPHAS CUPRICUS AMMONIACALIS.

(*Ph. Dan.: Sulphas cuprico-ammoniacalis.*)

Svafvelsyrad kopparoxid-ammoniak.

Ree. **Sulphatis cuprici pulverati** . . *partem unam*, 1.

Solutionis Ammoniaci *partes tres*. . . 3.

Solutioni ex his paratæ admiscetur

Spiritus concentrati *partes sex*, . . 6.

quo facto præcipitatum hinc ortum a liquido separatur, inter chartæ bibulæ plagulas nullo calore adhibito celeriter sicatur et in vas vitreum optime elaudendum statim ingeritur.

Sit pulvis crystallinus, saturate cæruleus, in aëre facile fatiscens, cum aquæ frigidæ parte una et dimidia solutionem plane limpida efficiens, quæ majore aquæ copiâ additâ turbatur. Jam fatiscens rejiciatur.

SULPHAS FERROSUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Svafvelsyrad jernoxidnl.

Ree. **Acidi sulphurici concentrati crudi** *partes*
centum, 100.

Aquæ destillatæ . . . *partes quadringentas*. 400.

In cneurbita vitrea caute mixtis sensim adjiciuntur

Ferri in filis *partes sexaginta* . . 60.

vel major quantitas, quam quæ in acido solvi possit.

Cessante effervescentiâ liquor eum ferro superfluo in balneo aquæ per horas aliquot calefit, quo facto etiamnunc calidus filtratur et, admixtâ

Acidi sulphurici concentrati *parte unâ*, . . . 1,
 in **Spiritus concentrati** *volumen suo æquale* inter
 agitandum extemplo instillatur. Quod post refrigera-
 tionem desedit sal colo colligitur, **Spiritu diluto** ab-
 luitur et inter chartæ bibulæ plagulas, sæpius mutandas,
 ad temperaturam aëris ordinariam quam celerrime sic-
 catur.

Sit pulvis crystallinus, prorsus siccus, in aquæ fri-
 gidæ duabus fere partibus solubilis, in spiritu non so-
 lubilis, coloris albi ad cæruleo-viridescentem vergentis.
 Metalla aliena ne contineat, oxidi ferri vestigia tan-
 tum præbeat.

Servetur in vase prorsus siccò, optime claudendo.

SULPHAS KALICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Svafvelsyradt kali.

Crystalli vel crustæ crystallinæ, coloris expertes,
 reactionis neutralis, in aquæ frigidæ partibus circiter
 novem solubiles. Sint et a sulphate atque chloreto na-
 tricis et a salibus terreis vel metallicis liberæ.

SULPHAS MAGNESICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

SAL ANGLICUM ED. VI.

Svafvelsyrad talk. Engelskt salt.

Crystalli coloris expertes, nitentes, in aëre non hu-
 mescentes, reactionis neutralis, in aquæ frigidæ partibus
 circiter duabus solubiles.

Sulphatum kalici vel natriei vestigia tantum exhi-
 beat; ceterum a salibus alienis plane liber sit.

SULPHAS NATRICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SAL GLAUBERI ED. VI.

Svafvelsyradt natron. Glaubers salt.

Crystalli coloris expertes, in aëre fatiscentes, reactionis neutralis, in aquæ frigidæ partibus circiter tribus solubiles. Sint pellucidæ, a chloreto natrico quantum fieri potest puræ, ab aliis heterogeneis omnino liberæ.

Servetur in vasis clausis, loco frigido.

SULPHAS ZINCICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Svafvelsyrad zinkoxid.

Rec. **Acidi sulphurici concentrati** *partes quinque*, 5.

Aquæ destillatæ. *partes triginta*. 30.

Caute mixtis sensim adduntur

Zinci laminati, in frusta dissecti, *partes*
quatuor. . . . 4.

Cessante quæ hinc oritur effervescentiâ, liquor una cum metallo intacto per dies aliquot loco calido sepositus filtratur; evaporatur deinde, donec guttæ ejus exemptæ refrigerando turbentur; tum inter continuam agitationem refrigeratur. Crystalli hac operâ comparatæ colliguntur et ad temperaturam $+30^{\circ}$ non superantem inter chartæ bibulæ plagulas siccantur.

E muria residua crystallorum novam copiam evaporando et refrigerando eodem modo obtinere licet.

Sint crystalli parvæ aciculares, coloris expertes, in aëre sicco fatiscentes, in aquæ æquali fere parte solubiles, a metallis alienis liberæ, ferro excepto, cujus vestigia tolerentur.

Servetur in vase bene clauso.

SULPHIDUM STIBICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Antimonsvafsa.

Rec. **Solutionis Hydratis natriei** *partes centum*. 100.

In cacabum ferreum bene mundatum immixtis adduntur, antea mixtae,

Sulphureti stibici depurati *partes triginta sex* 36.

et **Sulphuris sublimati** . . . *partes octo*, . . . 8.

quo facto cuncta, aquam evaporatione dissipatam restituendo, continue agitata coquuntur, quamdiu aliquid solvi videtur. Tum liquor filtratur et evaporando refrigerandoque ad crystallos ponendas cogitur, quae parvâ Aquae destillatae copiâ, cui additum est Solutionis Hydratis natriei paucillum, abluuntur et inter chartae bibulae plagulas premendo a muria liberantur.

Harum crystallorum nuper praeparatarum *par-*

tes centum . . . 100.

in **Aquae destillatae** *partibus quadringentis*. . . 400. solvuntur; quae solutio, filtrata et

Aquae destillatae . . . *partibus sexcentis* . . 600 diluta, in misionem refrigeratam, ex

Acidi sulphurici concentrati *partibus tri-*

ginta sex 36.

et **Aquae destillatae** . . . *partibus sexcentis* . . . 600. confectam, inter strenuam agitationem infunditur. Liquore post subsidentiam decanthato, praecipitatum Aquam destillatam iterum iterumque et affundendo et defundendo in vase penitus eluitur et colo collectum inter chartae bibulae plagulas exprimitur. Calore lenissimo quam citissime siccatum in pulverem denique teritur, qui in vase optime clauso et a luce remoto servandus est.

Sit pulvis subtilis, colore aurantiaco, reactione haud acidâ, qui cum aqua conquassatus ei nihil soluti tradat. In solutionis ammoniaci partibus circiter ducentis, cum

parva ejus copia antea optime tritus, digerendo solvatur, residuo nullo fere relicto; sit igitur a sulphure et sulphido stibioso propemodum liber. Sit quoque a sulphido sive arsenicoso sive arsenicio purus, quæ, si adsint, solutione bicarbonatis natriei extrahi possunt.

SULPHUR.

Stångsvafvel.

Sit eitrinum, fusum, in bacillos formatum.

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Fäldt svafvel.

Ree. **Oxidi calcici** *partem unam*, . . . 1.
Sulphuris sublimati . . . *partes duas*, 2.
Aquæ destillatæ *partes triginta*. . . 30.

Oxido calcieo in ollam ferream satis amplam immisso et, aquæ portione affusâ, in pulvem converso admiscentur et sulphur et quod superest aquæ. Coquantur deinde per horam inter continuam agitationem, aquam evaporatione dissipatam subinde restituendo; tum liquor defunditur, residuum vero eum

Aquæ destillatæ . . . *partibus quindecim* . . 15.
semel ebullit, et liquor, a non solutis defundendo separatus, eum illo jam defuso commisceetur.

Liquori ita obtento, refrigerato et filtrato, admisceetur sensim et inter diligentem agitationem

Acidum hydrochloratum, Aquæ destillatæ duplo suo pondere dilutum,
donee portio quædam liquoris filtrata colorem tantum subflavum habeat, semper diligentissime eavendo, ne

liquor reactionem alkalinam perdat. Tum præcipitatum quiete subsidens, liquore supernatante celeriter decanthato, Aquâ destillatâ affusâ et iterum defusâ lavatur, eolo colligitur et penitus elotum, calore graduum 25 ad 35 adhibito, caute sieeatur. Subtiliter tritum in vase probe sicco et bene obturato servetur.

Si eolor præcipitati eloti obscurus portionem quandam sulphureti ferrosi immixtam indicat, præcipitatum istud, antequam sieeetur, eum **Acido hydrochlorato diluto** terendum est et denuo plane eluendum.

Sit pulvis subtilissimus, sieeus, eolore albido vel pallide flavo, odoris expers. Ignitus nullo residuo relieto deflagret; ab arsenieo liber sit. Qui acidi saporis sit, mox denuo eluatur.

SULPHUR SUBLIMATUM.

(*Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Sulphur sublimatum venale.*)

FLORES SULPHURIS ED. VI.

Sublimeradt svafvel. Svafvelblomma.

Pulvis subtilis, eitrinus, plerumque submadidus, reatione sæpissime debiliter acidâ, qui in aëre aceensus, residuo nullo fere relieto, deflagret.

Ab arsenieo eo usque liberum sit, ut solutionis ammoniaci grammata decem cum sulphuris grammatis quinque per horam dimidiam digesta et, filtratione institutâ, ad dimidium evaporata nullum exhibeant præcipitatum, sive acidi hydrochlorati copiam abundantem addideris, sive liquorem hunc acidum sulphido hydrico saturaveris.

SULPHUR. SUBLIMATUM ELOTUM.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: Sulphur sublimatum.)

Tvättad svafvelblomma.

Rec. **Sulphuris sublimati** quantum placet,**Aquæ destillatæ** fervidæ tantum,ut bene miscendo habeas massam pultiformem, quæ
cum

Aquæ destillatæ decupla quantitate diluitur. Liquore post quietem defuso, sulphur colo linteo colligitur et penitus eluitur; tum leviter expressum calore lenissimo siccatur et per cribrum setaceum trajicitur.

Sit pulvis subtilis, citrinus, siccus, sapore haud acido; ceterum ut præcedens se habeat. Si quid inter servandum acidum factum est, id iterum eluatur.

In vase bene clauso servandum est.

SULPHURETUM FERROSUM.

Svafveljern.

Sulphur in crucibulum commune inditum rudiculâ e **Ferro cuso**, igne vehemente ad albedinem calefactâ, ut scintillas spargat, agitur; quæ, quum non amplius excandescit, igni iterum immittenda est et alia rudicula, similiter candefacta, in ejus locum substituenda, donec sulphur consumptum sit; in quo faciendo semper cavendum, ne major vel superflua sulphuris copia crucibulo simul ingeratur. Tum sulphuretum post refrigerationem eximitur et, si placet, contusum in lagena bene clausa servatur.

Fit etiam sulphuretum ferrosium, et quidem melius, frustula **Sulphuris** supra **Ferri cusi rasuram**, in crucibulo ad albedinem calefactam, conjiciendo.

SULPHURETUM HYDRARGYRICUM
SUBLIMATUM.

CINNABARIS RUBRA ED. VI.

Cinnober.

Pulvis tenuissimus coloris coccinei, calore adhibito plane avolans. Acidum nitricum nihil ejus solvat.

* SULPHURETUM IODI.

SULPHUR IODATUM.

Svafveljod.

Rec. Sulphuris sublimati eloti . . *partem unam*, . 1.

Iodi *partes quatuor*. 4.

In mortario porcellaneo contrita bene miscentur. Mistio in lagenam vitream, obturamento cretaceo leviter claudendam, immittitur, ita ut quintam circiter ejus partem impleat, quo facto lagena in balneo arenæ leni calori exponitur, donec massam plane liquefactam habeas. Tum, lagenâ post refrigerationem diffractâ, massa eximitur et in vase bene clauso servatur.

Sint frusta cinereo-nigra, crystallina, metallici fere nitoris, quæ in aqua frigida non solvantur. Calefacta sine residuo avolent, editis primum iodi dein sulphuris vaporibus.

SULPHURETUM STIBICUM CRUDUM.

(*Ph. Norv.: Sulphuretum stibicum crystallisatum. — Ph. Dan.: Sulphuretum stibicum.*)

ANTIMONIUM CRUDUM ED. VI.

Svafvelantimon. Spetsglans.

Sit crystallinum, ab arsenico aliisque metallis quantum fieri potest liberum.

SULPHURETUM STIBICUM DEPURATUM.

loco SULPHURETI STIBICI PRÆPARATI ED. VI.

Renad svafvelantimon.

Talia **Sulphureti stibici crudi** frusta, quæ præ ceteris structuram granditer crystallinam præbeant, in mortario idoneo conteruntur in pulverem, qui vel in porphyrite, justâ aquæ copiâ additâ, lævigatur, donec particulæ nitentes evanuerint, vel etiam cum magna aquæ copia, iterum iterumque affusa et deinde defusa, tali modo tractatur, ut particulæ subtilissimæ a crassioribus separentur.

Qui ita paratus est pulvis, nondum siccatus, in lagenâ elausa eum dimidia sui parte **Solutionis Ammoniaci** per dies quinque interdum agitando maceratur; dein, liquore defuso, **Aquâ destillatâ** eluitur et calore siccatus in pulverem iterum redigitur.

Sit pulvis subtilissimus, particulis nitentibus fere vaeans, ab arsenico eo usque liber, ut, si unum ejus gramma, cum quatuor grammatis nitratis natriei, a chloro vaeui et pulverati, eommixtum, in patina porcellanea deflagraveris, liquor elixivatione residui albidum paratus et filtratus, postquam acido nitrico vix acidus factus est, addito nitrato argenteo præcipitatum e rubro fuscum non præbeat.

Servetur in vase vitreo bene obturato.

SUPERCARBONAS AMMONICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

AMMONIACUM CARBONICUM ED. VI.

Sur kolsyrad ammoniumoxid.

Massæ albæ, crystallinæ, subdiaphanæ, superficiei quam minime pulverulentæ, odoris fortis ammoniacalis.

In quatuor usque ad quinque aquæ frigidæ partibus solubiles sint, calore adhibito plane volatiles, ab acido sulphurico et a metallis liberæ; chlori nisi minimam partem ne contineant.

Servetur in vase optime clauso, loco frigido.

SUPERCARBONAS AMMONICUS PYROLEOSUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

loeo SALIS CORNUS CERVI ED. VI.

Rec. **Pyrolei animalis rectificati** *partem unam*, 1.
Supercarbonatis ammonici pulverati *partes*
undetriginta. . . 29.

Conterendo exacte miscentur.

Pulvis albus, tempore præterlapso flavescens.

Parea tantummodo ejus eopia parata servetur, quod quidem in vase vitreo, haud pellucido et optime clauso, fieri debet.

SUPEROXIDUM MANGANICUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

MAGNESIUM NIGRUM ED. VI.

Brunsten. Mangansuperoxid.

Sit crystallinum, pulverem nigricantem, haud fuscum, quum teritur, efficiens.

SYRUPI.

Nisi alia in syrupis parandis ratio præscribitur, liquor limpido, in quo saccharum solutum est, ad unam ebullitionem calefit, quo facto etiamnunc calidus colatur. Syrupus plane refrigeratus in lagenas haud amplas, di-

ligenter siccatas et quantum fieri potest replendas im-
mittitur, quæ suberibus selectis probe obturandæ sunt.

Cave ne tale saccharum adhibeas, quod, quanquam
albissimum, tamen inquinamenta insolubilia contineat.

Omnes syrups limpidi sint, exceptis Syrupo amygd-
dalino et Syrupo Juniperi. Qui mucorem contraxerunt
vel fermentati sunt rejiciantur.

Loco frigidulo serventur.

SYRUPUS ACIDI CITRICI.

loco SYRUPI CITRI E SUCCO ED. VI.

Citronsyre-syrup.

Rec. **Acidi citrici pulverati** . . . *partem unam*. . . 1.

Solvitur in

Syrupi Sacchari *partibus undeviginti*. 19.

SYRUPUS ACIDI SULPHURICI.

Svafvelsyre-syrup.

Rec. **Acidi sulphurici diluti** . . . *partem unam*, . . 1.

Syrupi Sacchari *partes novem*. . . 9.

Miscentur.

SYRUPUS ALLII.

Hvitlöksyrup.

Rec. **Bulbi Allii concisi** *partes quinque*, . . 5.

Aquæ destillatæ fervidæ quantitatem suffi-
cientem.

Fit macerando per horam infusum filtratum
partium decem. . . 10.

quæ, additis

Sacchari albi . . . *partibus duodeviginti*, . . 18.
in syrupum convertuntur.

SYRUPUS ALTHÆÆ.

(*Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.*)

Alteasyrup.

Rec. **Radicis Althææ** minutim concisæ *partes*
quinque. . . . 5.

Aquâ leviter ablutæ macerantur per horas aliquot
eum tanta copia

Aquæ destillatæ frigidæ, ut, expressione omissâ,
fiat colatura, quæ post subsidentiam limpide defusa pon-
dus habeat. *partium quinquaginta*; . . 50.
ex his, additis

Sacchari albi *partibus septuaginta quinque*, 75.
paratur syrupus, cui antequam colatur admiscendæ sunt

Aquæ Aurantii *partes duæ*. . . 2.

SYRUPUS AMYGDALINUS.

(*Ph. Dan.: Syrupus Amygdalarum.*)

SYRUPUS AMYGDALARUM ED. VI.

Mandelsyrup.

Rec. **Seminum Amygdali amarorum** decortica-
torum. *partem unam*, . . 1.

Seminum Amygdali dulcium decorticato-
rum *partes novem*, . . 9.

Aquæ Aurantii *partes tres*, . . . 3.

Aquæ destillatæ tantum,

ut ex contusis et rite dilutis habeas

emulsionem colatam *partium viginti*, . 20.

quæ, calore lenissimo adhibito, cum

Sacchari albi *partibus quadraginta* . . 40.
in syrupum convertitur.

SYRUPUS AURANTII.

(*Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.*)

Pomeransskalsyrup.

Rec. **Flavedinis Aurantii** minutim concisæ
partem unam, . . 1.
Aquæ destillatæ fervidæ tantum,
ut, macerando per horas viginti quatuor, fiat
infusum filtratum *partium quinque*, . . 5.
e quibus cum
Sacchari albi *partibus novem* . . . 9.
syrupus paratur.

SYRUPUS CERASORUM.

(*Ph. Dan.: Syrupus Cerasi.*)

Körsbärsyrup.

Rec. **Fructuum Pruni Cerasi varietatis austeræ re-**
centium, nucleis non exemptis, quantum vis.

Contusi, ut fermententur, in temperatura graduum
+ 20 ad + 25 seponuntur per tres fere dies, vel donec
evolutio gasis desinat; tum, massâ fermentatâ expressâ,
succus inde profectus primo ebullit, deinde per dies
aliquot sepositus a fæce caute defunditur et per char-
tam mollem, aquâ humectatam filtratur.

E succi hujus filtrati et limpidi *partibus decem*, 10.
additis

Sacchari albi *partibus duodeviginti*, 18.
syrupus paratur.

* SYRUPUS IODETI FERROSI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Jernjodursyrup.

Ree. **Ferri pulverati** . . *partes quindecim*, 15.**Aquæ destillatæ**, . *partes centum et viginti*. 120.

In lagenam vel eucurbitam immixtis sensim adduntur

Iodi *partes quadraginta una*, . . 41.

et omnia agitantur, donec solutio dilute viridis orta sit. Hæc solutio per filtrum sat parvum quam eelerime transmittitur; quo facto et cucurbita et filtrum eâ Aquæ destillatæ copiâ eluuntur, ut liquores omnes filtrati, patinâ porcellaneâ vel potius ferreâ collecti, pondus habeant *partium ducentarum* (200). In his, calore leni adhibito, solvuntur

Sacchari albi pulverati. . . *partes trecentæ*, 300.

ita ut syrupus pondus *partium quingentarum*. . . 500. exæquet.

In lagenas grammatum viginti ad triginta eapaces, antea calefactas statim immittitur, quæ repletæ et optime obturatæ loeo aprico servantur.

Partes 100 continent iodeti ferrosi partes 10.

Reeens paratus eoloris fere expers et limpidus est. Post tempus aliquod superficies ejus colorari ineipit, ita ut jam quassatus eolorem subflavum induat; licet tamen talem quoque syrupum dispensare, si, additâ aquâ destillatâ, solutionem limpidam vix eoloratam præbeat. Syrupus turbatus, vel cum aqua solutionem turbatam vel magis eoloratam præbens, rejiciatur.

SYRUPUS JUNIPERI.

Enbärsyrup.

Ree. **Fructuum Juniperi** crasse contusorum *partem**unam*, 1.

Aquæ fervidæ *partes quinque*. . . 5.

Macerantur in vase idoneo per diem unum alterumve, quo facto liquor, modicâ expressione separatus et, quum fæces subsederunt, colatus limpideque defusus in balneo vaporis ad mellis recentis spissitudinem evaporatione consumitur.

SYRUPUS RHEI.

(*Ph. Dan.*)

Rabarbersyrup.

Rec. **Radicis Rhei**, in talos minulos scissæ et a pulvere suo liberatæ, . . . *partes decem*, . . 10.

Carbonatis natrici *partes duas*, . . . 2.

Aquæ destillatæ frigidæ tantum,

ut, maceratione per duodecim horas continuatâ, colatura habeatur limpide defusa *partium quinquaginta*, 50.

quæ, additis

Sacchari albi *partibus nonaginta*, 90.
in syrupum convertuntur.

* SYRUPUS RIBIS NIGRI.

Svart vinbärsyrup.

E **Fructibus Ribis nigri recentibus** paratur ut Syrupus Cerasorum.

SYRUPUS RUBI IDÆI.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Hallonsyrup.

Paratur e **Fructibus Rubi idæi recentibus** eodem modo, quo Syrupus Cerasorum.

SYRUPUS SACCHARI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Söckersyrup.

Rec. **Aquæ destillatæ** *partes decem*, . . . 10.
Sacchari albi *partes duodeviginti*. 18.
 Fit syrupus.

SYRUPUS SCILLITICUS.

Sjölöksyrup.

Rec. **Rhizomatis Zingiberis** . . *partem unam*, . . . 1.
Bulbi Scillæ *partes duas*, 2.
Herbæ Hyssopi *partes quatuor*. . . 4.
 Contusa et concisa in vase clauso per diem noctemque macerantur cum
Aquæ Menthæ piperitæ tanta eopia,
 ut liquor, exprimendo colatus et filtratus, pondus
 habeat *partium triginta quinque*, . . 35.
 quæ cum
Sacchari albi . . *partibus tribus et sexaginta*, 63.
 calore leni adhibito, in syrupum convertuntur.

SYRUPUS SENEGÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Senegasyrup.

Rec. **Radicis Senegæ** concisæ . . . *partem unam*. 1.
 Fit, secundum præcepta suo loco tradita, decoctum colatum et filtratum ponderis *partium decem*; 10.
 ex his cum
Sacchari albi *partibus duodeviginti* . . 18.
 syrupus paratur.

* SYRUPUS SENNÆ MANNATUS.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

- Rec. **Fructuum Foeniculi** contusorum *partem unam*, 1.
Foliorum Sennæ concisorum *partes decem*, . 10.
Mannæ *partes quindecim*, 15.
Aquæ destillatæ ferventis tantum,
 ut, maceratione per horam unam alteramve factâ,
 habeas infusum colatum et limpide decanthatum
partium quinquaginta . 50.
 Paratur deindè ex his syrupus addendo
Sacchari albi. *partes quinquaginta*. . . 50.
-

✕ SYRUPUS THEBAICUS.

(Ph. Norv.: Syrupus opiatum s. thebaicus.)

- Rec. **Tincturæ thebaicæ** *partem unam*, . . 1.
Syrupi Sacchari *partes novem et nonaginta*. 99.
 Commiscentur.
-

SYRUPUS ZINGIBERIS.

Ingefärsyrup.

- Rec. **Rhizomatis Zingiberis** contusi *partem unam*, 1.
Aquæ destillatæ fervidæ tantam copiam,
 ut, maceratione in vase clauso per horam unam
 alteramve institutâ,
 fiat infusum colatum et filtratum *partium decem*, . . 10.
 e quibus cum
Sacchari albi. *partibus duodeviginti*, 18.
 calore leni adhibito, syrupus paratur.
-

TARTARUS BORAXATUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Rec. **Biboratis natrici** *partem unam*, . . . 1.
Aquæ destillatæ fervidæ *partes decem*. . . . 10.

Fit in vase porellaneo solutio, eui interea calefaciendæ adduntur per vices et inter continuam spatulæ idoneæ agitationem

Bitartratis kalici *partes duæ*, . . . 2.
 quibus solutis, liquor filtratus balnei vaporis calore evaporat, donec pars exempta post refrigerationem dura remaneat. Tum omnia eximuntur et in orbiculos tenues formantur, qui leni calore plane exsiccati pulverantur. Pulvis vero in vas vitreum, calefactum et bene obturandum, statim immittitur.

Pulvis albus, siceus, in aëre humescens, qui eum æquo pondere aquæ solutionem limpida præbeat; ab oxido caleio et a metallis liber sit.

TARTRAS FERRICO-KALICUS.

(Ph. Dan.)

Vinsyradt jernoxid-kali.

Rec. **Chloreti ferrici** *partes decem*, . . . 10.
Aquæ destillatæ *partes centum*. . . 100.

Fit solutio colata, quæ inter continuam agitationem in mitionem e

Solutionis Ammoniaci *partibus viginti duabus* 22.

et **Aquæ destillatæ** *partibus ducentis* . . 200.
 paratam infunditur. Sedimentum, quiete demissum, colo colligitur et Aquâ destillatâ haud ealidâ eluitur; tum, etiamnunc humidum, partitis vicibus et inter agitandum additur mitioni e

Bitartratis kalici . . . *partibus septem* 7.
 et **Aquæ destillatæ** . . . *partibus quinquaginta* 50.
 confectæ, quæ in patina porcellanea ad temperaturam
 graduum + 50 ad 60 calefacienda est, donec omnia so-
 luta sint. Solutio colata, eodem calore adhibito, ad
 crassitudinem syrupi tenuioris evaporat; tum in laminas
 vitreas vel porcellaneas inducta calore lenissimo, a luce
 remota, plane siccatur. Residuum siccum in vase vi-
 treo opæo et bene clauso servetur.

Sint squamæ vel lamellæ e fusco rubræ, pellucidæ,
 in aquæ partibus quinque vel sex solubiles, in spiritu
 insolubiles. Partes 100 continent partes circiter 30
 oxidi ferrici.

TARTRAS KALICUS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Vinsyradt kali.

Rec. **Bicarbonatis kalici** . . *partes quinque*, 5.
Aquæ destillatæ *partes quindecim*. . . 15.

In patinam porcellaneam satis eapæem immisssæ
 supra balneum arenæ calefiunt, donec bulliant; tum
 inter agitandum sensim adduntur

Bitartratis kalici *partes novem* . . 9.
 vel tanta eopia, ut reactio liquoris alkalina debilis re-
 maneat. Deinde liquor filtratur et evaporando sepo-
 nendoque ad crystallos ponendas redigitur, quæ caute
 siccatæ in vase vitreo probe clauso servantur.

Sint crystalli coloris expertes, diaphanæ, in aquæ
 frigidæ æqua parte limpide solubiles, ab oxido calcico
 et inquinamentis metallicis liberæ. Chlori vestigium
 tolerari potest.

TARTRAS NATRICO-KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Vinsyradt natron-kali.

Rec. **Carbonatis natriei** *partes quatuor*, . . . 4.
Aquæ destillatæ *partes viginti* . . . 20.

In vas porcellaneum immissis et supra balneum arenæ calefactis inter agitandum sensim adduntur

Bitartratis kaliei *partes quinque*; . . 5.
 quibus solutis, liquor filtratus in balneo arenæ vel aquæ evaporat et ad crystallisationem efficiendam seponitur. Crystalli parvâ Aquæ destillatæ frigidæ copiâ ablutæ siccantur et in vase vitreo bene clauso servantur.

Sint crystalli coloris expertes, pellucidæ, in partibus aquæ frigidæ duabus limpide solubiles, ab oxido calcico et inquinamentis metallicis liberæ. Vestigia tantum chlori vel acidi sulphurici præbeant.

§ TARTRAS STIBICO-KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Vinsyradt antimonoxid-kali. Kräksalt.

Sit pulvis albissimus, crystallinus, qui cum aquæ frigidæ partibus quindecim usque ad viginti sedulo conquassatus sine residuo tandem solvatur; etiam in fervidæ aquæ partibus duabus solubilis sit, in spiritu autem insolubilis. Si gramma ejus unum in acidi hydrochlorati grammatis quindecim, lagenæ inditis et ad calorem + 40° ad 50° calefactis, solvitur et solutioni huic, haud refrigeratæ, grammata quinque adduntur acidi hydrochlorati, sulphidi hydrici gase nuperrime saturati, mistio hæc, postquam in clausa illa lagena fuerit conquassata, limpida tandem et coloris experts fiat oportet, sine ullo sulphidi arsenicosi aut suspensi aut depositi

vestigio. Ceterum a bitartrate kalico, tartrate calcico, acido sulphurico, chloro liber sit.

In vase bene clauso servandus est.

TELA VESICATORIA.

VESICATORIUM DE ALBESPEYRES.

Ree. **Olei Lini** *partes quinque*, 5.

Ceræ flavæ . . . *partes quindecim*, 15.

Picis Pini *partes quadraginta quinque*. 45.

Colliquatis admiscentur

Cantharidum pulveratarum *partes triginta*

quinque. . . . 35.

Hæe massâ, etiamnunc calidâ et liquente, aversa telæ ceratæ superficies ita illinitur, ut centimetra quadrata ducenta et quinquaginta obdueantur massæ grammatis viginti.

Sit superficie particulis cantharidum prominentibus inæquali, nee viscidâ.

TINCTURÆ.

Nisi alia ratio præscripta est, parantur ita tincturæ, ut substantiæ, si molliores sunt, minutim concisæ, si duriores, in pulverem crassum contusæ, cum eopia præscripta liquoris spirituosi in lagena vitrea, optime clausa et interdum agitanda, ad calorem graduum 15 usque ad 25 macerentur. Maceratione per quinque dies continuatâ, liquor defunditur et residuum prelo celeriter exprimitur; quo facto liquores conjuncti, postquam per diem unum alterumve, ut subsidant partes turbantes, in vase bene clauso sepositi manserunt, per chartam quam citissime eolantur, infundibulo obteeto.

Sint limpidae et earum tantum substantiarum, e quibus paratae sunt, odorem saporemque exhibeant.

Serventur in lagenis bene obturatis, loco non aprico, ubi aër calorem graduum circiter 15 teneat.

TINCTURA ABSINTHII.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

- Rec. **Herbæ Absinthii** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA.

(*Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: Tinctura amara.*)

- Rec. **Foliorum Cardui benedicti**, 1.
Fructuum Aurantii immaturorum, 1.
Rhizomatis Galangæ, singulorum *partem unam*, 1.
Herbæ Absinthii *partes quatuor*, . . . 4.
Spiritus diluti. *partes quinquaginta*. 50.
 Fit tinctura.

TINCTURA ALOËS.

Vide appendicem.

TINCTURA ALOËS CROCATA.

- Rec. **Gummi-resinæ Myrrhæ**, 2.
Stigmatum Croci, utrorumque *partes duas*, 2.

Aloës *partes tres*, 3.
 Spiritus diluti *partes septuaginta*. 70.
 Fit tinctura.

TINCTURA ARNICÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. **Florum Arnicæ** *partem unam*, . . 1.
Spiritus diluti *partes decem*. . . 10.
 Fit tinctura.

TINCTURA AROMATICA.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. **Seminum Cardamomi**, pericarpis remotis, . 1.
Florum Caryophylli, 1.
Rhizomatis Galangæ, 1.
Rhizomatis Zingiberis, singulorum *partem unam*, 1.
Corticis Cinnamomi ceylanici *partes quatuor*, 4.
Spiritus diluti *partes quadraginta*. 40.
 Fit tinctura.

TINCTURA AROMATICA ACIDA.

(*Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.*)

loco TINCTURÆ AROMATICÆ ACIDÆ ED. VI.

Rec. **Acidi sulphurici concentrati** *partem unam*, 1.
Tincturæ aromaticæ . . . *partes undeviginti*. 19.
 Sensim et caute commixta seponuntur per dies aliquot; postea tinctura filtratur.

Obs. Partes **tres** respondent parti **uni** fere Tincturæ aromaticæ acidæ Ed. VI.

TINCTURA ASÆ FOETIDÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

- Rec. **Gummi-resinæ Asæ foetidæ** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA AURANTII.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

- Rec. **Flavedinis Aurantii** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA BENZOËS.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

- Rec. **Resinæ Benzoës** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA BENZOËS COMPOSITA.

(*Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.*)

loco TINCTURÆ BENZOËS ALOËTICÆ ED. VI.

- Rec. **Aloës** *partem unam*, . . . 1.
Balsami peruviani *partes duas*, . . . 2.
Resinæ Benzoës *partes novem*, . . . 9.
Spiritus concentrati *partes septuaginta*. 70.
 Fit tinctura.
-

⚞ ⚞ TINCTURA CANTHARIDUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

loco TINCTURÆ CANTHARIDUM ED. VI.

- Rec. **Cantharidum** nuper pulveratarum *partem unam, 1.*
Spiritus diluti *partes triginta. 30.*
 Fit tinctura **caute** servanda.
 Obs. **Tres** partes respondent circiter **octo** partibus Tincturæ Cantharidum Ed. VI.
-

TINCTURA CASCARILLÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

- Rec. **Corticis Cascarillæ** *partem unam, . . . 1.*
Spiritus diluti *partes quinque. . . 5.*
 Fit tinctura.
-

TINCTURA CASTOREI.

(*Ph. Norv. — Ph. Dan.: Tinctura Castorei canadensis.*)

- Rec. **Castorei canadensis** pulverati *partem unam, . 1.*
Spiritus concentrati *partes quinque. 5.*
 Fit tinctura.
-

⚞ TINCTURA CASTOREI THEBAICA.

- Rec. **Opii** pulverati *partem unam, . . 1.*
Supercarbonatis ammonici pyroleosi *partes tres, 3.*
Gummi-resinæ Asæ foetidæ *partes sex, . . 6.*
Castorei canadensis pulverati *partes duodecim, . . . 12.*
Spiritus diluti *partes centum. . . . 100.*
 Fit tinctura.
-

TINCTURA CHINÆ.

(Ph. Norv. — Ph. Dan.: *Tinctura Chinæ Calisayæ.*)

loco TINCTURÆ CINCHONÆ ED. VI.

- Rec. **Corticis Chinæ Calisayæ** . . *partem unam*, . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA CHINÆ COMPOSITA.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

TINCTURA CINCHONÆ AMARA ED. VI.

- Rec. **Radicis Gentianæ**, 3.
Flavedinis Aurantii, singulorum *partes tres*, 3.
Corticis Chinæ Calisayæ *partes octo*, 8.
Spiritus diluti. *partes septuaginta*. . . 70.
 Fit tinctura.
-

* TINCTURA CHINOIDINÆ.

(Ph. Norv.: *Tinctura Chinoidini*. — Ph. Dan.)

- Rec. **Chinoidinæ**. *partes duas*, 2.
Acidi hydrochlorati . . . *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati. . . *partes septendecim*. 17.
 Soluta filtrantur.
-

TINCTURA CINNAMOMI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Corticis Cinnamomi ceylanici** *partem unam*, . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. 5.
 Fit tinctura.
-

§ TINCTURA COLCHICI.

(Cfr *Ph. Norv.*: *Vinum Colchici.* — *Ph. Dan.*)

Rec. **Seminum Colchici**, optime contusorum et
per cribrum trajectorum, . . . *partem unam*, 1.
Spiritus diluti *partes decem*. 10.
Fit tinctura.

TINCTURA COLOCYNTHIDUM COMPOSITA.

(*Ph. Norv.* & *Ph. Dan.*)

Rec. **Fructuum Anisi stellati** . . *partem unam*, 1.
Pulpæ Colocynthidum . . . *partes decem*, . 10.
Spiritus concentrati *partes centum*. 100.
Fit tinctura.

Obs. **Quinque** partes respondent **septem** partibus
Tincturæ Colocynthidis compositæ Ed. VI.

§ TINCTURA DIGITALIS.

(*Ph. Norv.* & *Ph. Dan.*)

loco TINCTURÆ DIGITALIS ED. VI.

Rec. **Foliorum Digitalis**. *partem unam*, . . 1.
Spiritus diluti *partes decem*. . . 10.
Fit tinctura.

Obs. Partes **quinque** respondent Tincturæ Digi-
talis Ed. VI partibus **quatuor**.

TINCTURA EXTRACTI POMORUM FERRATI.

(Cfr *Ph. Norv.* — Cfr *Ph. Dan.*: *Tinctura Pomi ferrata.*)

Rec. **Extracti Pomorum ferrati** . . *partem unam*, 1.
Spiritus diluti *partes duas*, . 2.
Aquæ Cinnamomi spirituosæ *partes tres*. . . 3.

In mortario porcellaneo conteruntur, deinde sepou-
nuntur, ut partes turbantes subsidant; tum solum de-
canthatum filtratur.

TINCTURA GUAJACI AMMONIACATA.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

loco TINCTURÆ GUAJACI AMMONIATÆ ED. VI.

Rec. **Resinæ Guajaci** *partes tres*, . . 3.
Solutionis Ammoniaci *partes quinque*, 5.
Spiritus concentrati *partes decem*. . 10.

Fit tinctura.

Obs. **Quinque** partes respondent partibus **sex**
Tincturæ Guajaci ammoniatæ Ed. VI.

TINCTURA IPECACUANHÆ.

Vide appendicem.

TINCTURA LAVANDULÆ AROMATICA.

Rec. **Ligni Santali rubri pulverati** *partes tres*, 3.
Corticis Cinnamomi ceylanici, 4.
Seminum Myristicæ, singulorum *partes*
quatuor, . . 4.
Spiritus Rosmarini *partes centum*, . 100.
Spiritus Lavandulæ *partes trecentas*. 300.

Fit tinctura.

* ♂ TINCTURA LOBELIÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. **Herbæ Lobeliæ** *partem unam*, . . 1.
Spiritus diluti *partes decem*. . . 10.

Fit tinctura.

* TINCTURA LUPULI.

- Rec. **Fructuum Lupuli** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA MYRRHÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Gummi-resinæ Myrrhæ pulveratæ** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati. . . *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

♀♂ TINCTURA NUCIS VOMICÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Seminum Nucis vomicæ pulveratorum** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes decem*. . . 10.
 Fit tinctura **caute** servanda.
-

* TINCTURA PIMPINELLÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Radicis Pimpinellæ** . . . *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

* TINCTURA RATANHILÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

- Rec. **Radicis Ratanhiæ** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA RHEI AMARA.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

- Rec. **Corticis Canellæ albæ** . . . *partem unam*, . . . 1.
Radicis Gentianæ *partes duas*, . . . 2.
Radicis Rhei, concisæ et a pulvere suo liberatæ, *partes decem*, . . . 10.
Spiritus diluti *partes centum*. . . 100.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA SCILLÆ COMPOSITA.

TINCTURA SCILLITICA ED. VI.

- Rec. **Corticis Cinnamomi ceylanici** *partem unam*, 1.
Bulbi Scillæ *partes quinque*, 5.
Spiritus diluti *partes viginti quinque*. 25.
 Fit tinctura.

Obs. Partes **quinque** respondent partibus **sex** Tincturæ scilliticæ Ed. VI.

§ § TINCTURA STRAMONII.

(Ph. Dan.)

loco TINCTURÆ STRAMONII ED. VI.

- Rec. **Seminum Stramonii** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus diluti *partes decem*. . . 10.
 Fit tinctura **caute** servanda.

Obs. **Quinque** partes respondent **quatuor** partibus Tincturæ Stramonii Ed. VI.

* TINCTURA SUCCINI.

- Rec. **Succini pulverati** *partem unam*, . . . 1.
Aetheris spirituosi *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

* TINCTURA SUCCINI AROMATICA.

Rec. Aetherolei Caryophylli ,	1.
Aetherolei Cassiæ ,	7.
Aetherolei Lavandulæ ,	1.
Aetherolei Macidis , singulorum <i>partem</i> <i>unam</i> , . . .	1.
Tincturæ Succini <i>partes centum</i> . . .	100.
Miscendo solvuntur.	.

‡ TINCTURA THEBAICA.

(Cfr Ph. Norv.: *Tinctura Opii s. thebaica*. — Cfr Pl. Dan.)

TINCTURA OPII ED. VI.

Rec. Opii pulverati	<i>partem unam</i> , . . .	1.
Aquæ Cinnamomi spirituosæ <i>partes quatuor</i> ,		4.
Spiritus diluti	<i>partes sex</i>	6.
Fit tinctura caute servanda.		

‡ TINCTURA THEBAICA BENZOICA.

(Cfr Ph. Norv.: *Tinctura Opii benzoica*. — Ph. Dan.)

loco TINCTURÆ OPII CAMPHORATÆ ED. VI.

Rec. Aetherolei Anisi	<i>partes tres</i> , . . .	3.
Camphoræ	<i>partes quatuor</i> ,	4.
Acidi benzoici ,		6.
Opii pulverati , singulorum . . .	<i>partes sex</i> ,	6.
Spiritus diluti	<i>partes mille ducentas</i> .	1200.
Fit tinctura.		

Obs. **Quatuor** partes respondent **quinque** fere partibus Tincturæ Opii camphoratæ Ed. VI.

TINCTURA TOLUTANA.

(*Ph. Dan.*)

- Rec. **Balsami tolutani** *partem unam*, . . . 1.
Spiritus concentrati *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TINCTURA VALERIANÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.: Tinctura Valerianæ ætherea.*)

- Rec. **Radicis Valerianæ** *partem unam*, . . . 1.
Aetheris spirituosus *partes quinque*. . . 5.
 Fit tinctura.
-

TRAGACANTHA.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Dragant.

Astragalus adscendens *Boiss. & Hausskn.*, **A. brachycalyx** *Fisch.* et aliæ **Astragali** species. **Papilionaceæ**. Frutices in Asia minore et Græcia indigeni.

Succus e truncis fruticum prodiens, in aëre induratus.

Sit alba vel e flavido alba, odoris et saporis expers.

TROCHISCI BICARBONATIS NATRICI.

(*Ph. Norv.*)

TABULÆ DE D'ARCET vel DE VICHY.

- Rec. **Bicarbonatis natrici** pulverati *grammata*
quinque, 5.
Sacchari albi pulverati *grammata nonaginta*
quinque. 95.

Conterendo miscentur et cum

Tragacanthæ, in mucilaginem tenuem conversæ, quantitate sufficiente, nec majore, in massam justæ spissitudinis coguntur, e qua formantur trochisci numero *centum* (100) æquales.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ.

TROCHISCI LIQUIRITIÆ ED. VI.

Rec. **Extracti Glycyrrhizæ**, 10.

Gummi arabici pulverati, singulorum *grammata decem*, . . 10.

Sacchari albi pulverati *grammata quadraginta*. 40.

Cum Aquæ destillatæ guttulis fit massa æquabilis, e qua formantur trochisci numero *centum* (100) æquales, pulvere **Radicis Glycyrrhizæ** conspergendi.

§ TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ THEBAICI.

TROCHISCI LIQUIRITIÆ THEBAICI ED. VI.

Rec. **Opii** pulverati *gramma unum*, . . 1.

Tincturæ toltanæ *grammata duo*. . . 2.

Conterendo mixtis adduntur

Extracti Glycyrrhizæ, 15.

Gummi arabici pulverati, singulorum *grammata quindecim*, 15.

Sacchari albi pulverati *grammata triginta*, . 30.

quo facto omnia in massam coguntur, quæ in trochiscos numero *centum* (100) æquales dividenda est.

TROCHISCI MENTHÆ PIPERITÆ.

Rec. **Aetherolei Menthæ piperitæ** *gramma unum*, 1.
Sacchari albi pulverati *grammata centum*, 100.
Tragacanthæ, in mucilaginem tenuem conversæ, quantum satis, nec plus.

Fit, ætheroleum cum portione quadam sacchari mixtum sub finem addendo, massa justa, in trochiscos *centum* (100) æquales dividenda.

TROCHISCI SANTONINI.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.)

Rec. **Pigmenti Carmini Coccionellæ** *milligrammata viginti quinque*, 0,025.
Santonini in pulverem tenuissimum triti *grammata tria*, 3,00.
Sacchari albi pulverati *grammata quadraginta septem*, 47,00.
Tragacanthæ, in mucilaginem tenuem reductæ, quantum satis,

ut fiat massa bene mixta, e qua formandi sunt trochisci *centum* (100) æquales.

A luce remoti serventur.

Trochisci vel turbinulæ Santonini, quæ in mercatu prostant, nequaquam dispensentur.

⚞ TUBERA ACONITI.

Stormhattrötter.

Aconitum Napellus *Lin.* **Ranunculaceæ.** Planta perennis, in regionibus montosis Europæ indigena, frequenter in hortis culta.

Tubera e planta spontanea florente colligenda et in vase bene clauso servanda.

* TUBERA CHINÆ.

CHINÆ RADIX ED. VI.

Kinarot.

Smilax China *Lin.* et forsan aliæ *Smilacis* species. **Liliaceæ.** Frutex volubilis Chinæ et Japoniæ.

Rejiciantur tubera leviora, pallidiora vel spongiosa. Vide ne insectis corrosa neve heterogeneis inquinata sint.

TUBERA JALAPÆ.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

JALAPPÆ RADIX ED. VI.

Jalaparot.

Ipomoea Purga *Hayne.* **Convolvulaceæ.** Planta perennis mexicana.

Tubera ponderosa. Contineant partes minimum 10 resinæ in 100 pulveris partibus.

TUBERA SALEP.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

SALEB RADIX ED. VI.

Salep.

Species variæ generum **Orchis**, **Ophryos**, **Platantheræ**, cet. **Orchideæ.** Plantæ perennes Europæ et Asiæ.

UNGUENTA.

Parantur unguenta ut jubet formula uniuscujusque; ubi tamen semper cavendum, ne calor inter liquefaciendum 100° unquam superet.

Serventur ab humore, aëre, luce, calore quam maxime remota.

UNGUENTUM CANTHARIDUM.

(Cfr Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Unguentum Cantharidum simplex.)

Spanskflugesalva.

Rec. **Cantharidum pulveratarum** . . . *partem unam*, 1.
Unguenti Terebinthinæ resinosi . . . *partes*
quatuor. 4.

Digeruntur per triduum in vase clauso, interdum agitanda, eo caloris gradu, ut unguentum semper liquatum sit; deinde per linteum colatur.

UNGUENTUM CETACEI.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.)

COLD CREAM.

Rec. **Ceræ albæ** *partes quatuor*, . . . 4.
Cetacei *partes quinque*, . . . 5.
Olei Amygdalarum . . . *partes triginta duas*. 32.

Leni calore colliquatis et in mortarium tepefactum ingestis adduntur

Aquæ Rosæ *partes sedecim*, . . 16.
 quo facto omnia agitantur, donec refrixerint. Tum,
 affusis

Olei Amygdalarum . . . *partibus quatuor*, . . 4.
 denuo agitantur, ut fiat unguentum molle, albissimum.

UNGUENTUM GLYCERINI.

(Cfr Ph. Norv. — Ph. Dan.)

Glycerinsalva.

Rec. **Amyli Tritici** *partes duas*, . . . 2.
Aquæ destillatæ *partem unam*, . . 1.
Glycerini. *partes decem*. . . 10.

Amylo cum aqua optime contrito additur glycerinum, quo facto mixta et sedulo agitata calefiunt, donec massa fere diaphana, æquabilis facta sit.

UNGUENTUM HYDRARGYRI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

loco UNGUENTI HYDRARGYRI ED. VI.

Qvicksilfversalva.

Rec. **Hydrargyri crudi** *partes novem*, . . 9.
Sevi curati *partes duas*, . . . 2.
Axungiae curatae *partem unam*. . . 1.

In mortario ferreo aut lapideo paullum calefacto conteruntur, donec hydrargyrum omne exstinctum sit. Tum exactissime admiscentur

Sevi curati *partes sedecim*, 16.

Axungiae curatae . . . *partes septendecim*, . . 17.

quæ, caloris ope antea colliquatae, jam spissescunt.

Obs. Continent partes **quinque** eandem hydrargyri quantitatem ac partes **duæ** Unguenti Hydrargyri Ed. VI.

UNGUENTUM HYDRATOCARBONATIS PLUMBICI.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

UNGUENTUM CERUSSÆ ED. VI.

Blyhvittsalva.

Rec. **Hydratocarbonatis plumbici** *partem unam*, . 1.
Axungiae benzoatae *partes duas*. . . 2.
 Miscentur triturando.

UNGUENTUM IODETI KALICI.

(Cfr. *Ph. Norv.* — *Ph. Dan.*)

Jodkaliumsalva.

- Rec. **Iodeti kalici** *partes duas*, 2.
Aquæ destillatæ *partem unam*. 1.
 Contritis admiscantur inter terendum
Unguenti Glycerini *partes septendecim*. 17.
 Paretur ex tempore.
-

UNGUENTUM LAURI TEREBINTHINATUM.

- Rec. **Pyrolei Succini rectificati** *partem unam*, 1.
Aetherolei Terebinthinæ crudi *partes duas*, 2.
Sevi curati *partes quindecim*, 15.
Olei Lauri *partes viginti quinque*. 25.
 Sevo, liquefacto et ab igne remoto, adjiciuntur cetera, quo facto mixta subiguntur, ut in unum coëant.
-

* UNGUENTUM MYRISTICÆ COMPOSITUM.

BALSAMUM AROMATICUM ED. VI.

- Rec. **Ceræ flavæ** *partes decem*, 10.
Olei Myrasticæ *partes quinquaginta*. 50.
 Calore balnei vaporis liquata colantur; nondum concretis exactissime admiscantur
Pyrolei Succini rectificati *pars una*, 1.
Balsami peruviani *partes quinque*, 5.
Aetherolei Lavandulæ, 10.
Aetherolei Caryophylli, singulorum *partes decem*. 10.

In vase bene obturato servetur.

UNGUENTUM NITRATIS HYDRARGYRICI.

(Ph. Dan.)

Rec. **Hydrargyri crudi** *partem unam*, . . 1.
Acidi nitrico-nitrosi *partes duas*. . . 2.

Digeruntur in balneo arenæ, ut fiat solutio, quæ etiamnunc calida bene miscetur cum

Axungia curatæ, liquefactæ et in densitatem denuo coëuntis, . . . *partibus duodecim*, . . 12.
 ut fiat unguentum, quod in capsulas transfunditur.

UNGUENTUM PLUMBICUM.

UNGUENTUM MATRIS THECLÆ. EMPLASTRUM FUSCUM.

Rec. **Axungia curatæ**, 5.
Butyri recentis non saliti, 5.
Sevi curati, . . . , 5.
Ceræ flavæ, singulorum . . *partes quinque*, . . 5.
Olei Olivarum *partes decem*. . . 10.

In lebete cupreo colliquata supra ignem calefiunt donec vapores prodant; tum, adjectis sensim

Oxidi plumbici pulverati . . *partibus quinque*, 5.
 inter assiduam agitationem coquuntur, usque dum oxidum plumbicum disparuerit et massa colorem fuscum acceperit. Massæ ab igne remotæ admiscetur denique
Picis Pini *pars una*. . . 1.

* UNGUENTUM SABINÆ.

(Ph. Dan.)

CERATUM SABINÆ ED. VI.

Säfvcnbomsalva.

Rec. **Ceræ flavæ** *partes tres*, 3.
Ramulorum Sabinæ concisorum . . . *partes quatuor*, . . . 4.
Axungia curatæ *partes duodecim*. . . 12.

In balneo vaporis per horam digeruntur; tum per linteum exprimitur unguentum.

UNGUENTUM SUBACETATIS PLUMBICI.

(Cfr. Ph. Norv. & Ph. Dan.: Unguentum Acetatis plumbici.)

Blyättiksalva.

Rec. **Ceræ flavæ** *partes quinque*, . . . 5.
Olei Olivarum *partes duodecim*. . . 12.
 Colliquatis et semirefrigeratis adduntur
Solutionis Subacetatis plumbici *partes tres*, 3.
 quo facto omnia diligentissime subiguntur, donec refrixerint.

UNGUENTUM SULPHURIS COMPOSITUM.

(Ph. Norv.)

UNGUENTUM CONTRA SCABIEM.

Rec. **Carbonatis calcici cretacei præparati** *partes duas*, 2.
Sulphuris sublimati, 3.
Pyrolei Pini, singulorum *partes tres*, 3.
Saponis viridis, 6.
Axungie curatæ, singulorum . . . *partes sex*. 6.
 Miscentur terendo.

UNGUENTUM TANNATIS PLUMBICI.

loco QUERCITANNATIS PLUMBICI ED. VI.

Rec. **Corticis Quercus** contusi . . . *partes quinque*. 5.
 Fit secundum præcepta suo loco tradita decoctum *partium quinquaginta* (50), quibus inter agitandum instillatur

Solutio Subacetatis plumbici,

quamdiu præcipitatum prodit, quod, colo collectum et **Aquâ destillatâ** elotum, inter chartæ bibulæ plagulas exprimitur, donec pondus *partium duarum* (2) exæquet. Tum etiamnunc humidum cum

Glycerini *parte una* . . . 1.
triturando miscetur et in vase bene clauso servatur.

UNGUENTUM TEREBINTHINÆ RESINOSUM.

(Cfr Ph. Norv. & Ph. Dan.: *Unguentum basilicum flavum.*)

Basiliksalva.

Rec. **Resinæ Pini flavæ**, 1.
Sevi curati, 1.
Balsami Terebinthinæ communis, 1.
Ceræ flavæ, singulorum . . *partem unam*, . . . 1.
Olei Olivarum *partes quatuor*. . . 4.
Simul liquata et mixta colantur.

UNGUENTUM ZINCICO-PLUMBICUM.

loco UNGUENTI CALAMINÆ COMPOSITI ED. VI.

Rec. **Olei camphorati** *partem unam*, . . . 1.
Acetatis plumbici crudi pulverati, 2.
Minii, 2.
Oxidi zincici venalis, singulorum *partes duas*, 2.
Oxidi plumbici pulverati, 4.
Hydratocarbonatis plumbici, 4.
Olei Olivarum, singulorum . . *partes quatuor*, 4.
Sevi curati *partes octo*. . . 8.

Oxidum zincicum et plumbi præparata, inter se bene mixta, cum sevo, caloris ope liquefacto, et oleo intime commiscetur; paululum refrigeratis oleum camphoratum terendo additur.

* ♂♂ VALERIANAS ATROPICUS.

Valeriansyrad atropin.

Crystalli vel crustæ crystallinæ eoloris expertes, odoris valerianici, aëris accessu deliquescentes, quæ aquâ vel spiritu facillime, æthere vero difficiliter solvuntur.

In vase optime clauso **caute** servandus est, loco frigidulo.

* VALERIANAS CHINICUS.

Valeriansyrad chinin.

Pulvis crystallinus vel crystalli, alba, odoris valerianici, calore facile liqueseentia, quæ in aquæ frigidæ partibus circiter centum, in spiritus concentrati partibus sex solvuntur.

Aëris accessu ustus tandem sine residuo comburatur; et ab acido sulphurico et a chloro liber sit.

Servetur in vase optime clauso.

* VALERIANAS ZINCICUS.

(Ph. Norv.)

Valeriansyrad zinkoxid.

Vel pulvis crystallinus albus, tactu pinguiusculus, acidum valerianicum redolens, vel crystalli parvæ ejusdem indolis. Sit in aquæ frigidæ partibus nonaginta ad centum solubilis, difficiliter in aqua bulliente. Solvatur etiam in spiritu concentrato.

Ab alienis vel acidis vel oxidis liber sit et tali modo comparatus, ut partes centum (100), si eas, acido nitrico solutas, ad siccum usque evaporaveris, partes

viginti quinque aut summum triginta (25—30) residui
usti tradant.

Servetur in vase bene clauso.

☿☿ VERATRINA.

(*Ph. Norv.: Veratrinum. — Ph. Dan.*)

Veratrin.

Pulvis vel albus vel albidus, calore liquescens,
ignitus sine residuo conflagrans, qui in aqua vix, in
spiritu facile solubilis sit, in æthere difficiliter quidem,
sed plane solubilis. Etiam in acido nitrico totus et
absque colore solvatur.

In vase optime clauso **caute** servanda est.

VINA.

Vina, quæ dicuntur medicata, eâdem ratione ac
Tincturæ paranda sunt.

In cella servantur, in lagenis non magnis, bene
clausis.

VINUM AROMATICUM.

Rec. **Florum Lavandulæ**, 1.
Foliorum Rosmarini, 1.
Foliorum Salviæ, singulorum *partem unam*, 1.
Vini gallici rubri *partes quindecim*. 15.
 Fit vinum.

VINUM FRUCTUUM VITIS.

Druvvin.

Vitis vinifera *Lin.* **Ampelideæ**. Frutex sarmen-
tosus, in partibus calidioribus Europæ ubique cultus.

Succus fructuum fermentatus.

* **Vinum gallicum album.** Hvitt Franskt vin.

Vinum gallicum rubrum. Rödtt Franskt (Bordeaux-) vin.

Vinum de Malaga. Malaga-vin.

Vinum de Oporto. Portvin.

Vinum de Xeres. Sherry-vin.

Genuina comparentur, sollicite serventur.

⚞ ⚞ VINUM GLYCYRRHIZÆ THEBAICUM.

VINUM LIQUIRITIÆ THEBAICUM ED. VI.

Rec. **Opii pulverati**, 1.

Stigmatum Croci, 1.

Extracti Glycyrrhizæ, singulorum *partem unam*, 1.

Vini de Malaga *partes quinquaginta*. 50.

Fit vinum.

VINUM IPECACUANHÆ.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

loco VINI IPECACUANHÆ ED. VI.

Kräkrotvin.

Rec. **Radicis Ipecacuanhæ pulveratæ** *partem unam*, 1.

Vini de Xeres *partes decem*. 10.

Fit vinum.

Obs. **Quinque partes** respondent **quatuor** partibus Vini Ipecacuanhæ ED. VI.

VINUM RHEI AMARUM.

Rec. Corticis Canellæ albæ	<i>partem unam,</i>	1.
Radiciſ Gentianæ	<i>partes duas,</i>	2.
Radiciſ Rhei, concisæ et a pulvere suo libera- ratae,	<i>partes decem,</i>	10.
Vini de Xeres	<i>partes centum.</i>	100.

Fit vinum.

VINUM STIBIATUM.

(*Ph. Norv. & Ph. Dan.*)

Rec. Tartratis stibico-kalici	<i>partem unam,</i>	1.
Vini de Malaga tepefacti	<i>partes ducentas et</i> <i>quingenta.</i>	250.

Fit solutio.

⚞ ⚞ VINUM THEBAICUM.

(*Ph. Norv.: Vinum Opii s. thebaicum. — Ph. Dan.*)

loco VINI OPII ED. VI.

Rec. Opii pulverati	<i>partem unam,</i>	1.
Vini de Xeres	<i>partes decem.</i>	10.

Fit vinum **caute** servandum.

Obs. Partes **decem** continent ea, quæ ex **una** fere parte Opii pulverati solvi possunt.

⚞ ⚞ VINUM THEBAICUM CROCATUM.

(*Ph. Norv.: Vinum Opii crocatum s. Vinum thebaicum crocatum. — Ph. Dan.*)

loco VINI OPII CROCATI ED. VI.

Rec. Corticis Cinnamomi ceylanici,	1.
Florum Caryophylli, singulorum <i>partem</i> <i>unam,</i>	1.

Stigmatum Croci	<i>partes quinque, . .</i>	5.
Opii pulverati	<i>partes quindecim, .</i>	15.
Vini de Malaga <i>partes centum et quinquaginta.</i>		150.

Fit vinum **caute** servandum.

Obs. Partes **decem** continent ea, quæ ex **una** fere parte Opii pulverati solvi possunt; respondent igitur partibus **sex** Vini Opii crocati Ed. VI.

APPENDIX.

* ACETAS KALICUS.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Ättiksyradt kali.

Pulvis candidus, squamosus, crystallinus, in aëre deliquescens, in aquæ partibus duabus, in spiritus concentrati partibus quatuor solubilis.

Sit siccus, ab oxidis metallicis et acido sulphurico liber; chlori vestigium tantum præbeat. Cum aquæ partibus duabus solutionem efficiat limpidam, reactionis vix alkalinae.

Servetur in vasis siccis, bene clausis.

ACIDUM BORICUM.

Borsyra.

Crystalli lamellares, albæ, nitoris margaritacei, in aquæ frigidæ partibus viginti sex, in fervidæ partibus tribus solubiles, nec non in spiritu concentrato.

Sit a chloro, acido sulphurico et ferro liberum.

ACIDUM PHENYLICUM CRUDUM
seu ACIDUM CARBOLICUM CRUDUM.

Rå fenylsyra. Rå karbolsyra.

Liquor fuscus vel e rubescente fuscus, plus minusve pellucidus, pyroleum lithantracis graviter redolens, in aquæ partibus circiter centum et in solutione fervida hydratis natrici maxima ex parte solubilis.

Contineat 50 saltem acidi phenylici partes centissimas. Si igitur acidi phenylici crudi portiones 10 mensurâ definitæ (volumdelar) cum 10 portionibus solutionis hydratis natrici et 10 aquæ portionibus conquassantur et conquassatis 10 portiones aquæ deinde adduntur, e solutione alkalina, oleo empyreumatico, si adsit, remoto et copiâ sufficiente acidi hydrochlorati additâ, portiones acidi phenylici circiter 5 obtineantur.

In vasis bene clausis servetur.

ACIDUM PHENYLICUM DEPURATUM
seu ACIDUM CARBOLICUM DEPURATUM.

Renad fenylsyra. Renad karbolsyra.

Massa crystallina, pyroleum lithantracis redolens, coloris expers vel rubescens, quæ in aquæ partibus 25—70 solvitur, facilius vero in spiritu, æthere, glycerino vel oleis pinguibus.

Solutio aquosa similiter atque acidum phenylicum, addito chloreto ferrico, colorem violaceum induat. Acidum liquefactum cum triplo suo volumine solutionis ammoniaci misionem efficiat in temperatura graduum + 40 limpidam, in refrigerando lactescentem.

Servetur in vitro, epistomio vitreo claudendo.

ACIDUM SALICYLICUM.

(Ph. Norv.)

Salicylsyra.

Crystalli acieulares, leves, coloris et odoris expertes, quæ in aqua fervida, æthere vel spiritu facile solvuntur, diffieillime autem in aqua frigida; ealori expositæ primo liqneseunt, dein avolant.

Sit a metallis liberum; ignitum sine residuo avolet vel conflagret. Cum acido sulphurico concentrato solutionem præbeat coloris expertem vel paullum tantum flaveseentem.

Rejieiendum est acidum salicylieum vel eolore ullo infectum vel quod eum aqua fervida aut spiritu solutionem effieiat quodammodo eoloratam vel denique quod odorem acidi phenyliei spargat.

* CHLORETUM CHINICUM.

(Ph. Norv. & Ph. Dan.)

Crystalli minutæ, subtiles, coloris expertes, serieconitentes, in aquæ haud frigidæ partibus quindecim, in spiritus concentrati partibus tribus solubiles.

Ignitum sine residuo tandem eomburatur; in aquæ destillatæ partibus quindecim sub calore graduum 30—40 facile solvatur, quæ solutio ad temperaturam ordinariam refrigerata ne turbetur. A ehloreto barieo liberum sit, acidi sulphuriei vestigia tantum exhibeat.

Servandum est in vase bene elanso.

* EXTRACTUM RHEI COMPOSITUM.

(Ph. Norv. — Cfr Ph. Dan.: Extractum Rhei jalapinum.)

Sammansatt rabarberextrakt.

Rec. **Resinæ Jalapæ** *partes quindecim*, . . 15.

Saponis albi hispanici *partes quindecim*, . . 15.

Extracti Aloës *partes viginti*, 20.

Extracti Rhei *partes quinquaginta*. 50.

Pulverata commiscentur. Ut Extractum Aloës servetur.

* GLANDULÆ KAMALA.

GLANDULÆ ROTTLERÆ.

Kamala.

Mallotus philippensis *Müller* (**Rottlera tinctoria** *Roxb.*). **Euphorbiaceæ**. Arbor Indiæ orientalis.

Glandulæ resiniferæ fructuum. Sit pulvis coloris rubri vel lateritii, qui cum partibus 4 spiritus concentrati tincturam tradat valde coloratam, fuscam.

A pilis quantum fieri potest liberæ sint nec arenâ vel aliis materiis mineralibus inquinatæ vel adulteratæ.

‡ HYDRAS CHLORALICUS.

(*Ph. Norv.*)

Kloralhydrat.

Crystalli coloris expertes, aciculares vel rhomboïdales, discretæ vel laxè coherentes, odoris melonacei et nonnihil pungentis, saporis acris, in aquæ vel spiritus fere æquis partibus solubiles. Leni calore liquefiunt; liquefactæ calore graduum 95 ebulliunt.

Solutio aquosa nuperrime parata reactionis sit neutralis vel levissime acidæ; solutio spirituosa chartam exploratoriam cæruleam ne permutet, neve nitrate argéntico turbetur. Ad calorem aquæ bullientis calefactus hydras chloralicus plane avolet, nullos tamen vapores inflammares diffundens. Chloroformio frigido ne solvatur.

Rejiciantur crustæ crystallinæ vel crystalli non plane siccæ.

